

2681
.707

[illegible] praepositionum [illegible] apud Homericos scrips. [illegible] 1831. – [illegible] des [illegible] in [illegible] 3. 1816. p. 15 sqq. [illegible] praepositiones, quae proprie sic vocantur, [illegible] loci, quibus quae inter duo nomina intersit necessitudo, distinctius explicetur et accuratius definiatur. – [illegible] in Neue Rep. 1831. No 6. p. 463 sqq. –

~~Wenzel~~ diss. de praepositionum tmesi quae apud Herodotum invenitur. Breslau. 1829.

Carl Schmidt Aufsatz über d. gr. Präpositionen

# DE USU PRAEPOSITIONUM APUD HOMERUM.

---

EPISTOLA

AD

# FRID. AUGUSTUM WOLFIUM,

HOMERI INTER GERMANOS SOSPITATOREM,


AUCTORE

G. FRID. C. GYNTHERO,

SCHOLAE BERNBURGENSIS COLLEGA QUARTO.


---

— — ὥς τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίην.

*Hymn. Hom. in Cerer.* 168.

---


HALIS SAXONUM,

E LIBRARIA HEMMERDEANA,

MDCCCXIV.

Cum inter diuturnam fere Homeri lectionem et perpetuam primis ſcholae noſtrae diſcipulis exhibitam interpretationem, conſilio de ſtudiis Homeri potiſſimum grammaticis ſcribendi capto, ſpeciminis loco de *uſu Praepoſitionum apud Homerum* diſſerere ſtatuiſſem, neminem habui unum, cui omnes meas curas in Homero poſitas et ponendas lubentiori animo conſecrarem, quam Te, Vir Celeberrime, cujus ſumma doctrina et certis usque praeceptis, cum Te Halis audirem univerſae antiquitatis vias aperientem, ita inſtitutus ac tanto Homeri amore captus ſum, ut, quantum per alios liceret, optumam vitae partem divino illi poëtae impenderem. Attamen non is ſum, qui nova quaedam aut Tua eruditione digna praebeam; ſed reputans, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, altiores illas criticorum aedes nec petam, ſtultus et contentus eo-

ligere et cognoſcere, ſecunda, compoſita et diſtincta narratione explicare et illuſtrare.

Hoc quidem conſilio diſſertationem hancce ſcripſi et rem ita abſolvi, ut ex *ſolis* Homeri carminibus, Iliade et Odyſſea, praepoſitionum uſum explicarem, nec plus aliquoties ex Sophocle et Virgilio, ſermonis Homerici quodam modo ſectatoribus, verba quaedam advocarem.

Erunt ſane, quibus exempla congerendo nimium indulſiſſe videar; at quos attuli locos, plurimi illa alterave ratione inſignes ſunt, et dolebat, quae non ſine magno negotio collecta habebam, plane abjicere; alii, qui parum ingenii me oſtendiſſe criminentur, cum tamen non ipſe clarus fieri ex tali re, ſed clariorem reddere vellem

lucem Homeri. Quod si scribere voluissem de natura et philosophica praepositionum vi, dixissem sane, ut *temporis* relationes ipso verbo exprimi, ita primitivam illarum omnium significationem esse *localem*, eamque duplicem vel *quietis* vel *motus*, omnesque Graecae quoque linguae praepositiones vexassem, donec non singulae tantum, sed ad unam omnes philosophiae imperio parerent. Cum autem de *Homerico Praepositionum usu* sermo esset, omnibus locis diligenter inspectis et comparatis, quae inde efficiebantur, prodidi eo ordine instituto, quo transitus prioris in alias uniuscujusque significationes manifestior esset.

Quae itaque de hoc opusculo exspectes, habes, Vir celeberrime. Id unum opto, sit non omnino indignum institutione Tua,

cui omnia mea et quae maximo amplector amore, debeo. Quod si contigerit, nullus vereor, ne memoriae Tuae obscurum meum nomen ineptus obtrusisse videar, sed id tantum egisse, ut grati animi documentum, quantum possem, ederem

*Viro optumo, doctissimo.*

Scripsi Bernburgi VIII Kal. Apriles
Anni MDCCCXIV.

Frid. Gyntherus.

Scripturo de *ufu Praepofitionum* apud Homerum vifum eft mihi, de *cafuum* fignificatione, quae fit fingulis apud Homerum, pauca praemittere. Ineft enim praepofitionibus eadem fere, quae ipfis cafibus vis ac ratio, ita tamen, ut uniuscujusque fignificationem fublevent et alteram ab altera magis diftinctam orationem fuis quamque coloribus illuftrent. Quo fit, ut et apud Homerum, cujus fermo nondum ad certas illas, quibus fubfequentium temporum fcriptores utebantur, regulas adfcriptus eft, et apud omnes omnis aevi poëtas, qui fe tollere humo et novas vias tentare amant, vix ullum dicendi modum invenias, quin etiam fine praepofitionum adjumento folis cafuum formis exprimi queat. Nihilominus tamen praepofitionum genus veris orationis partibus adnumerandum neque ita ftatuendum effe videtur, ut aut aliis addatur, aut quod inutile fit, plane rejiciatur. Sunt quidem cuique linguae partes, quibus deftituta nondum labatur, quae vero aut perfpicuitati aut concinnitati ita inferviant, et nativae orationi decus et leporem addant tantum, ut gnarum quemque remotis illis vehementer dolere neceffe fit. Cujus generis praepofitiones effe videntur, quarum vim et fignificationem qui accurate intelligere velit, cum nullo cafuum fignificationis refpectu habito non poffit, de *cafibus*, quae fit eorum apud Homerum natura et ratio, pauca praemittere volui, priusquam ad ipfum propofitum redirem.

## CAPUT PRIMUM.
# DE CASIBUS.

### §. 1.
### DE CASIBUS RECTIS.

De *casibus rectis* non est, quod multis exponam. *Nominativus* enim casus subjecti cum oratione directa loquimur, imperium quasi tenet in quaque periodo et viam aperit, qua ceterae partes subsequantur. Nullum inveni locum Homericum, quo hic casus, si grammaticas tantum rationes spectas, negotium facesseret aut obscuritate quadam laboraret, uno excepto, qui legitur Iliad. III, 211. Antenor enim Ulyssem et Menelaum laudans et comparans, postquam *stantium* quidem Menelaum majorem et robustiorem esse dixit, addit:

Ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

Ἄμφω δ' ἑζομένω Nominativos puto esse absolutos, quos evitare in promptu fuisset dicenti: Ἀμφοῖν δ' ἑζομενοῖν. Hujusmodi casus absoluti, saltem Nominativi et Accusativi plerumque ex *Anacoluthis* nascuntur, cum a prima periodi institutione declinatur. Nec vero temere id fieri, sed causam semper quandam subesse, vel ex iis exemplis, quae hic addere lubet, Homericis facile intelliges: Il. II, 459 sqq. (notatu dignum προκαθιζόντων), XI, 833 sqq. (non in proposito fuisse videtur poëtae, addere οἴομαι), XIII, 221. (vulgari τοῦ ἀντίον constructioni, cum semper aut Genitivo aut Dativo conjungitur, plane repugnat. Positum h. l. est pro προσηύδα.) Eadem fere ratio est locorum, qualis Od. XVI, 466. καταβλώσκοντα, quod cum remotius sit ab μοὶ, melius ad infinitivos μεταλλῆσαι et ἔρεσθαι se adjungere puto. Nam quae in Atticorum deinceps libris frequentata magis constat, regula de *Infinitivo cum Accusativo,* omnino apud Homerum jamjam viget, ut suum cuique infinitivo subjectum, si aliud ac prius est, in casu Accusativo, sin idem cum priore, in Nominativo, praedicatum certe, addatur, aut, cum emphasi caret, plane omittatur. E sexcentis haec tantum exempla proposuisse satis erit: Il. I, 78., 397 sq., 427. Cui regulae pauca tantum

loca reperi, quae repugnant: Il. VII, 198 sq. (ubi οὐδὲ — ἔλπομαι est ut nostrum: *ich will doch nicht hoffen;* pro δείδια est Il. XVII, 404. ut *sperare*, Virgil. Aen. IV, 419.), XIII, 269., Od. VIII, 221., Il. III, 90., quo quidem loco, cum κέλεται longius distat et Μενέλαον additum est, αὐτὸς obscuritate quadam laboraret. — Sed redeo ad ἀνακολουθίας, quarum aliud exemplum exstat Od. XVII, 232. οἱ - - - βαλλομένοιο, ubi si quid recte sentio, βαλλομένῳ absurdum esset, cf. Iliad. XVI, 531. Id enim in omni linguarum studio tenendum est, ut sit litera et regula mens et animus cogitantis superior, ita et regulas et formas, quae a Grammaticis propositae et in ipso usu esse videantur, interdum relinquendas esse aut concinnitate aut splendore orationis postulante. Non ubique nec eodem in diversis linguis modo neque a quolibet id fieri posse, supervacaneum est monere; hi tantum, qui toto linguae cujusdam thesauro potiti sunt, possunt, ceteros regulis ne labantur monitos via trita et circumsepta tutiores ingredi oportet *). — Addi quodammodo possunt Il. VIII, 455. (πληγέντε); Od. XI, 90. (ἔχων, cf. Il. XXII, 84.)

Non magis *Vocativus* nos morabitur, cujus forma interdum et apud Homerum eadem cum Nominativo est, ut Il. III, 277. Vix digna sunt, quae nominatim notentur exempla illa et in aliis linguis (cf. Virg. Aen. IX, 525.) usitata, ut Odyss. XXIV, 351. (Ζεῦ πάτερ - - ἔστε) et Od. XXIV, 106., quo loca τί παθόντες, quod deinceps in Atticorum, praesertim Tragicorum usum veniebat, notatum tibi velis, cf. Il. XI, 313. — Frequentissimus est Vocativi apud Homerum usus propter sermonis Homerici indolem. Cum enim maximam partem personae dramatico quodam modo

*) Quoniam huc ventum est, ut de indole linguarum, praesertim veterum dicerem, occasione arrepta haud absurdum mihi visum est, quid de Grammaticis linguarum et Graecae et Latinae studiis sentiam paucis significare et sententiam meam qualemcunque viris doctis proponere, inprimis Tibi, vir doctissime, cujus opinio multorum sententiam mihi aequat. Cum enim ea est linguae Graecae natura, ut etsi jam dudum ex usu quotidiano remota, tamen vigore, dexteritate et copia omnes fere et hodiernas superet, contigit, ut Grammatici eam non tam certis regulis quasi vinculis circumscribere possent, quam alias solent. Id quod factum esse mecum et alii gaudent, et quanquam in scholarum usum certissimum quodque tanquam regula et lex constituendum est, tamen id doctus quisque vir et φιλέλλην avertat, ne in philosophicum quendam indicem tanquam in carcerem incurrat divina illa lingua. Inhumanum est, pro lubitu bona corrumpere, liberiora constringere. At fiat in usum puerorum! Multa sunt et in lingua Graeca, quae nullo ejus damno et pueris tradere possis et debeas, certa et necessaria; sed to-

inter ſe colloquentes producuntur, ubique allocutiones reperiuntur, in quibus heroes, ut amant πολυφημίαν, alter alterum pleniore ſemper ore adloqui ſolent, ita ut ſaepiſſime nullus aut rei aut occaſionis, qua colloquuntur, reſpectus habeatur, et omnes hae nominum praeſcriptiones certos quosdam τύπους τῶν χαρακτήρων dare videantur. In uno tamen exemplo, quotiescunque legebam, dubius ſemper haeſitabam, quid ſibi velit πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς et τλήμων Ὀδυσσεὺς in Iliados carmine IX, 676.; X, 231. 248. 498.; XXIII, 778. Rem non ita interpretari volo, ut certum inter Iliadem et Odyſſeam nexum ſignificet, cum plurima a viris doctis collecta et promulgata ſint, quae Odyſſeam Iliade paulo poſteriorem exortam eſſe prudenti cuique demonſtrent *). Attamen hoc tantum modo res expediri poſſe videtur, ut putemus, cum aliis heroibus tum Ulyſſi epitheta quaedam certa inter omnes conſtitiſſe et cum utrumque carmen non minus Ilias quam Odyſſea poſt aliquod certe tempus, cum res prope Ilium geſtae eſſent, compoſitae ſint, in Iliadem facile epitheton irrepere potuiſſe, quod Odyſſeae proprium ſit. Πολύτλας enim haud dubium eſt, quin de erroribus intelligendum ſit, licet τλήμων interpreteris ex Iliad. V, 670.

Sed quoniam de *ſermonis Homerici indole* dicere incepi, non nimium a propoſito eſſe videtur, alium modum paucis ſignificare.

---

tam linguam, pulcherrimum ſane opus, in uſum puerorum accommodare, pueriliter agere eſt. *Moderatore*, non caſtigatore opus eſt. Alia Latinae linguae ratio eſſe videatur, ſi Grammaticorum regulas ſpectes. Huic quidem obvenit, quod nulli deberet. Quamquam enim ipſa ab initio non tantam et formarum et conſtructionum varietatem et copiam habuiſſe videtur, quantam Graeca, tamen ſaeclorum et hominum, Scholaſticorum potiſſimum puto, injuria nimia conſtrictione et arctioribus vinculis laborat. Maxima regularum pars, quae in Grammaticorum ſcholis propoſitae ſunt, non quae in ipſius linguae fundamento bene ſtabilitae eſſe videntur, tam arbitrariae ſunt, ut genius liberioris linguae et ſpecies quaedam populi, qualis Romanus erat libertatis et humanitatis appetens et invidus, vix unquam emergatur. Ut ergo Graeca *moderatore ſapiente*, ita lingua Latina *ſoſpitatore liberaliore* indiget, ut quisque ſtudiis humanitatis vitam impedens magis magisque intelligat, non formulas eſſe, ſed animum ipſum humanum, qui omnia ubique ex ſuis legibus regat.

*) Ut alias, praeſertim grammaticales rationes omittam, cf. Od. VII, 197.; XXIV, 60.; XII, 589 ſqq., qui locus ſignificare videtur, auctoritate quadam rerum narrationem indigere. I, 550 ſqq., VIII, 500 ſqq., qui locus et rebus et forma inſignis eſt. Vix unum in Iliade inveniatur exemplum, quo poëta ipſe tam longe alterius orationem narret. Inſuper notatu dignus eſt, quod Iliadis carmen jam in quotidianum τῶν ἀοιδῶν uſum veniſſe videtur.

Insignis est periodi Homericae institutio his potissimum rebus: 1) subjectorum varietate; 2) versus cujusque vi ipsam periodum cohibente; 3) usu articuli. Nihil enim dico de divino illo sermonis Homerici spiritu, nihil de aequabili dicendi genere, quo omnes delectamur, nec de tranquillo quodam incessu, quo semper ad finem properare videtur poëta, ita tamen, ut usque libenter devertat, nec de humanitatis sensu, qui ubique praecipue in comparationibus expressus est, sed cum de quadam grammatices Homericae parte scribere institui, missis rationibus internis, externas tantum sive grammaticales spectari oportet. Hac via primum occurrit legenti 1) *frequentissima subjectorum varietas*, ut Il. III, 33 — 35.; IX, 632 sqq.; I, 43 — 52.; III, 385 — 88. (quo loco, ut Iliad. XXIII, 691. ν ἐφιλκυστικὸν duabus vocalibus contractis additum est) et innumeris locis, praecipue in comparationibus, ut Il. II, 394 sqq. (ubi κινήσει rarissimo exemplo pro Aoristo κινήσῃ); Iliad. II, 455 sqq.; IV, 275 sqq.; V, 87 sqq.; XXI, 257 sqq. Retinuerunt in comparationibus hunc morem recto quodam sensu ducti et sequentium temporum poëtae et Latini, ut, cum imaginem quandam copiosius adumbrarent et diversis coloribus distinguerent, neglectis prioribus subjectis, tertio, ut dicunt, comparationis, ultro in constructione laberentur. Exempla quam plurima praebet Virgilius. Sed apud Homerum subjectorum varietas et commixtio in eo potius positae sunt, quod ejus periodologia tam simplex et incomplicita est, ut singulae periodi magis altera juxta alteram sequantur, quam altera alteri injungantur. Eo fit, ut, cum Atticorum periodi a doctiore quodam participiorum et conjunctionum usu concinnitatem suam et firmitatem accipiant, apud Homerum et harum orationis partium simplex et incomposita ratio reperiatur. Amat quidem Homerus participia, frequens est conjunctionum usus, sed rarum exemplum est participii alio modo usurpati, quam ut sit pro *et* aut *dum*; sin alia significatione opus est, conjunctionibus plerumque utitur, easque tam secure et negligenter ponere videtur, ut vix ullum periodi bene adornatae et comptae respectum habeat. Aliis et quidem multis locis Participia vix ullam cogitationi vim addunt et eo tantum consilio posita esse videntur, ut orationi copiam quandam et perspicuitatem afferant, ut frequentissime usurpatum τυχὼν, ἐλθὼν, ἐπαΐξας etc. Sunt qui praepositionum fere partibus ea fungi dicant, inprimis φέρων, λαβὼν, ἔχων, ex aliarum linguarum magis praesertim nostrae indole, quam ex re judicantes. Cum enim ἔχων in nonnullis locis non solum apud poëtas, sed etiam alios scriptores omni modo aequet

praepositionem σὺν (ut contra σὺν τεύχεσιν pro ἔχων, Il. III, 29., i. e. τεθωρηγμένος, in *armis*, sub armis, Virg. Georg. III, 116.; *cum telo*, Sallust. Catilin. cap. 23. ed. Teller; Il. II, 47. σὺν τῷ ἔβη, i. e. ἔχων, cf. I, 14.) tamen alia inveniuntur, quibus vix alterum pro altero ponere possis. Maximi enim differt inter ἀπῴχετο σὺν δώδεκα νηυσὶν et ἀπῴχετο ἔχων δώδεκα ναῦς. Saltem qui ἔχων etc., is et *cum iis* abiit, illud tamen de nemine nisi de *duce* usurpari potest. Simili modo ex Graecae non ex alius cujusdam linguae ingenio judicandum est de illis locis, in quibus Participia principatum quasi cogitationis tenent, ut Il. IV, 430.; Od. VIII, 292., cf. Virg. Georg. III, 402. — Sicuti vero subjecta saepius commutare solet Homerus, ita in casibus obliquis eodem, quo exorsus est, pergere amat. Il. XI, 11 sqq., VII, 215., quae quidem exempla appositionis loco esse interpretor, ut aliud alio distinctius rem exprimat, ut Il. VIII, 47 sqq., XIV, 151 sqq.

2) Alia periodologiae Homericae ratio est, ut suam *quisque fere versus periodum* constituere soleat. Et hac quidem re fieri mihi videtur, ut subjecta semper commutentur. Itaque recte fecerunt, qui ad finem versuum, si quidem vocabuli terminatio postulabat, ν ἐφελκυστικὸν scripserunt. Rarissime tantum inveniuntur loca, quorum sensus neque in fine versus requiescere patitur et ultra finem, tanquam metam sibi constitutam, properare jubet, ut Il. I, 153.; δεῦρο ad ἤλυθον pertinet. Quamquam enim ἔνθα et ἐνθάδε in utraque significatione et *hic* et *huc* saepissime inveniuntur (Il. I, 171. 367.; II, 462.; Od. VI, 47.; I, 11.; Il. VII, 8. de tempore; Il. III, 185. sensu relativo); tamen δεῦρο et ὧδε nusquam alio nisi significatione τοῦ *huc* reperi, ut Il. III, 130.; XVIII, 392.; Od. I, 182.; II, 28. — Aliud ejusmodi exemplum vix ullum occurrit; haec enim, quae subjecturus sum, in fine versus paululum requiescere patiuntur, etsi primo versus sequentis verbo sensum suscipiente: Il. XVI, 524 sq.; XX, 153 sq.; I, 481.; IV, 125 sq.

3) Postremo de *usu articuli* pauca addam. Cum inter viros doctos constat, apud Homerum non eo, quo apud sequentes scriptores, eum esse usurpatum sensu, sed esse plerumque (ut Il. V, 145.; VII, 161.; XVI, 789.; XXI, 262.) pro Demonstrativo (pro quo et ὅς Il. VI, 59.; XXI, 198.; XXII, 201.; Od. I, 286.), priusquam de usu ejus opinionem meam qualemcunque proferam, eorum tantum exemplorum nonnulla proponam, quibus veri articuli significatio aut inest aut inesse videtur: Il. II, 595. 681.; X, 11.; XI, 637.; XIV, 213.; XVIII, 485.; XIX, 322.; XXI, 252.; XXII, 59.; Od.

VII, 223.; XI, 298.; Il. III, 109. (Atticorum more, cf. Buttmann. §. 210. *Anmerk.* 2.); IV, 42. (ut saepissime ante pronomina, e. g. V, 321.; VI, 402.; VIII, 430.; IX, 417.; X, 256.; Od. XVI, 334.); V, 414. 673. (ut Attici quoque dicunt οἱ πολλοί, οἱ πλείους pro Superlativo, cf. Il. X, 252.; Od. II, 277., contra Od. XI, 483. Superlativus pro Comparativo); VI, 435.; VIII, 342. (quasi τὸν ἀεί, *den jedesmaligen hintersten*, ut ἕνα γ' ἀεί Od. XXII, 117.); 478. (ubi ἵν' Ἰαπέτος sequitur, quale in aliis locis subintelligendum est); X, 236.; XI, 703. 763.; XVIII, 10.; XXIII, 265. 325. (cf. 663. 702., Od. XI, 144., XXIV, 159.); XXIV, 242.; Od. I, 211.; XVII, 415.; XVIII, 114. (quo loco τοῦτον τὸν ἄναλτον Atticorum more unice fere positum est). Praeterea cum adverbiis temporalibus πρῶτον, πρὶν etc. conjungitur, e. g. Il. I, 6.; V, 54.; XII, 40. Maximae illorum exemplorum parti veram articuli significationem, qualem subsequentis aevi scriptores usurpabant, inesse negari non potest, inprimis Od. XVIII, 114.; Il. XXIII, 325. 663. Omnino articulorum Graecorum eadem fere conditio et fata fuisse videntur, quae nostro: *der*, *die*, *das*, easdem cum illo partes agenti. Sed quam de articuli *usu* apud Homerum propositurus eram sententiam meam qualemcunque, haec est: cum maximam partem eo offendimur, quod articulum plurimis locis substantivo aut adjectivo suo longius secretum reperimus, id non emphaseos cujusdam causa, qualis ubique fere in egregia Vossii versione apparet, sed simplicitate orationis Homericae et *cantantis* usu factum esse videtur. Repetitur enim interjectis aliis orationis partibus substantivum antecedenti articulo conjungendum, non emphaseos, sed perspicuitatis causa, cum praesertim cantantis usus poscat, ne se ipsum neque alios implicet et obscurus fiat, cf. Il. X, 488. cl. 490. Nunquam enim oblivisci debemus, carmina Homerica, ut quae haud dubie cantabantur primis temporibus, non ad oculos legentium, sed ad aures audientium esse composita. Ex hac quidem conditione omnes grammatices regulae, saltem quae ad syntaxin spectant, judicandae esse videntur.

## §. 2.

### *DE CASIBUS OBLIQUIS.*

Cum eo consilio totam rem absolvere statui, ut non ex philosophicis opinionibus, sed ex usu linguae haurirem, suppresso philosophiae rivulo, uberius scaturiente, exempla tantum proponam, quibus diversae cujusque casus significationes eluceant.

Ita demum ad certas quasdam neque arbitrarias regulas pervenire possumus, quas sibi quisque ad lubitum philosophicis coloribus distinguat et acuat.

## §. 3.

### *Genitivus.*

Frequentissimum Genitivi usum, quo a substantivo quodam aut adjectivo pendet, non est quod hac occasione accuratius consideremus, cum ea potius exempla colligere oporteat, quibus tota ipsius Genitivi vis insit. Ex illis haec tantum nova quadam re insignia proferam Il. XIV, 139. cl. 141.; Od. IX, 256 sqq. (ubi δεισάντων accipiendum est aut pro Genitivo absoluto, cujus in lingua Graeca inde ab Homero liberiorem esse quam in Latina, usum constat, aut ἡμῶν, ut saepissime Dativi inprimis Pronomm. substantivv., pro Genitivo, e. g. Il. IV, 510. cl. 437.; V, 446.; XVIII, 251.; XIX, 166.); Od. XV, 8. (cura, desiderium patris, i. e. de patre, cf. Il. VIII, 124., alio modo quam Od. XX, 56.). — Od. XV, 275. (i. e. τὸν ἐκ sive ἀπὸ τῶν θανόντων etc., cujus autem constructionis manifestum exemplum nondum apud Homerum reperi; proxima sunt Il. IX, 524.; X, 371.; contra Il. IV, 310. et XVII, 92. πάλαι ut ἐνθάδε ad verba pertinent.)

*a*) Saepissime Genitivus cum verbis, quibus *tangendi* aut *ducendi* modus significatur, ita conjungitur, ut locum indicet, quo quis hominem quendam aut rem tangat aut ducat. *Αἱρεῖν, ἔχειν, ἄγειν χειρὸς; λαμβάνειν κεφαλῆς; ἕλκειν πόδος* multis locis reperitur, ut Il. I, 197. 323. Additur quoque res, cujus auxilio tangendi aut ducendi ratio fit, casu Dativo, ut Il. VIII, 371.; Od. V, 428. Notandi loci Il. V, 309 sq. et XXIV, 515., et eodem modo interpretandi: senem arrepta manu extollens adjuvit. Χειρὶ ad ipsum Achillem pertineret et valde otiosum esset. Quamquam et aliae ejusdem fere significationis certe ad eundem sensum adhibitae constructiones sunt, ut Il. VI, 233.; VIII, 72. cl. III, 78.; XVIII, 33. 71.; XIV, 137.; XXIV, 361.; Od. I, 121.; III, 37.; VIII, 106.; quam constructionem Latini usurpare solent: manum alicujus arripere, arrepta manu aliquem ducere. Nos, ut Graeci, melius distinguimus, si res poscit: *jemandes Hand fassen, und jemanden bei der Hand fassen*; *jemandes Kleid anfassen, und jemanden an das Kleid (beim Kleide) fassen.* — Duobus locis et praepositionem ὑπὸ cum illis verbis conjunctum reperi Il. I, 501.; XI, 842., *unterfassend an der Brust;* nusquam praepositionem ἐκ, cujus in hac structura apud Atticos fre-

quentissimus usus est. Sunt quidem loca, quibus praepositio ἐκ significationem nostri: *an*, habet, inprimis conjuncta cum verbo δέω (Il. XXIII, 853.; XI, 38.; Od. VIII, 67.; contra Il. V, 4. est pro ἀπὸ, *herab von*, *weg von*, cf. 7., ut VIII, 75.; Od. XIII, 399. cl. Il. III, 273.), sed horum alia ratio esse videtur; neque ejus auxilio opus est ad illius constructionis interpretationem. Sensus ipse eo ducit, ut τὶ suppleamus, e. g. Od. V, 428. cll. Il. V, 268.; IX, 214.; X, 380.; Od. XV, 98., cum ubique non tota res, sed quaedam ejus pars indicetur. Eodem modo post verba πίνω, ἐσθίω Od. IX, 232.; XXII, 11. (sed et Accusativum XX, 136.)

*b*) Alia *Genitivi* significatio frequentissima apud Homerum est: **von** (a, ex), qua iis potissimum verbis additur, quibus *origo* quaedam aut *secretio* indicatur: Od. XVI, 300. (cf. XIX, 163. ἀπὸ, unico loco; Il. XIV, 472. ἐκ, saepius usurpatum); Il. I, 596.; XIV, 203.; Od. XI, 327. cl. Il. XV, 126.; Od. IX, 448. cl. Il. IX, 437.; Il. XX, 439. πάλιν ἔτραπε κυδαλίμοιο (cf. Il. V, 187.), ubi πάλιν est, ut saepius, pro ἀπὸ, *zurück von* (retro), cf. Il. VII, 79. δόμεναι πάλιν pro ἀποδοῦναι, ἀποτίνειν, Il. V, 651.; III, 459.; IX, 634. *reddere* (cf. Virg. Eclog. III, 21.) de quacunque re *debita*, etsi ante non accepta. — Od. I, 193.; V, 397. (cf. XIII, 77. ἀπὸ); XVIII, 8. (διώκετο οἷο δόμοιο, cf. Il. XVII, 110.; XVIII, 161. ἀπὸ, ejusdem rationis et Il. XXIV, 572., quo loco θύραζε significationem magis expedit); Od. XXIII, 98.; Il. II, 275., cf. III, 84.; XI, 382.; VI, 330.; IX, 261.; V, 348. Addi possunt Verba παύειν et παύεσθαι, ἄρχειν et ἄρχεσθαι et alia ejusdem significationis, et πυνθάνεσθαι, ἀκούειν etc., de quorum usu haec observata habeo. Παύω (ἀποπαύω, Od. XVIII, 114.), παύσω, ἔπαυσα, plerumque *transitive* dictum est, uno, quantum scio, loco excepto Od. IV, 659.; παύομαι, παύσομαι, ἐπαυσάμην, πεπαύμαι, et λήγω (ἀπολλήγω, Od. XII, 224.) *intransitive* exceptos locos, Iliad. XIII, 424. Plena verbi παύειν structura est, ut Accusativum personae et Genitivum rei secum habeat, si quidem substantivum est, Il. II, 595. (eodem modo V, 567.), sin verbum, plerumque in Infinitivo, Od. XVIII, 114.; Il. XI, 442. Participium, quod apud Atticos saepissime usurpatur, nusquam inveni (etsi aliis verbis, Atticorum more, additur, Od. XIV, 334. 377.; XVI, 383. cl. XXIV, 437.; IV, 417.). — Si deest persona, res aut in Accusativo addi potest, Il. I, 192, 207. 282.; aut Genitivo, Il. XII, 389., ut semper παύεσθαι et λήγειν, Il. I, 210. 224.; II, 100.; III, 150.; Il. IX, 97. ἐν σοὶ λήξω aliam rationem habet, ut nostrum: ***bei dir will ich aufhören***, ut sequens σέο ἄρχομαι dici posset ἀπὸ σοῦ (*par toi*). — Ἄρχω et

ἄρχομαι (Od. XXI, 142.) femper intranfitive ufurpantur et conjunctum fecum habent *Genitivum* rei, fi fubftantivum eft; Il. V, 420.; IV, 335.; VII, 232.; XV, 95.; et *Infinitivum*, fi verbum, Il. IV, 67.; VII, 324.; XIII, 329.; XVI, 65.; Od. II, 15., nusquam participium, quod Atticis in ufu eft. — De ufu verborum ἀκούειν etc. id tenendum eft, objectum, fi quidem *res* eft, addi aut cafu Genitivo, Il. VI, 465.; XVI, 508.; XXII, 447.; aut Accufativo, Il. XVIII, 530.; II, 200.; III, 87.; utrumque conjunctum habes Od. XII, 265 fq.; fi *perfona*, Genitivo additur et quidem aut fola objecti fignificatione, Il. XVI, 211.; I, 37.; Od. VII, 11.; aut pro *de*, Od. XV, 270. (item Il. IV, 357.); aut pro *ex*, Il. XVII, 408.; Od. VIII, 491.; conjunctum eft loco Od. XVII, 115. Notandi loci Il. XVI, 515. et XXIV, 335. (ἀκούειν cum *Dativo*, cui alio fortaffe interpretationis genere opus eft).

*c*) Ufurpatur porro *Genitivus*, ut res indicetur, qua aliquid efficitur: *mit*, *durch*, Il. II, 415.; VI, 331.; VII, 410.; IX, 242. (contra, quod apud pofteros ufitatius erat, πυρὶ Il. XII, 198.; XIV, 47.; XXII, 374.; aut ἐν πυρὶ Il. XXIV, 38.); Il. IX, 489 fqq. (contra Dativum 570.); XXIII, 502.; XX, 180.; Od. II, 261.; III, 408.; XVIII, 22.; Il. V, 6. cl. VI, 508., XXI, 560. Eodem modo interpretandi loci Il. VI, 236. et XI, 106.; nec praepofitio ἀντὶ fupplenda.

*d*) Deinde Homerus Genitivum adhibet ad exprimendum *locum*, per *quem* via fit. Il. II, 801.; IV, 244.; V, 597. cf. VI, 38. 507.; V, 222. (quo loco ἔνθα καὶ ἔνθα Genitivum magis expedit); XIII, 64.; XIV, 147.; XV, 264.; XVIII, 7.; XXII, 26.; XXIII, 122. 372.

*e*) Frequentiffimus Genitivi ufus eft, ut *tempus* aut *conditionem* indicet, qua aliquid fit. Totam rem amplectar, paucis illuftrans, quomodo Homerus varias *temporis relationes* fignificet. Sunt enim duae potiffimum temporis relationes, quibus actio quaedam fieri poteft, vel *punctum* temporis, quo fit (quafi tempus in quiete; quando?), vel *perpetuitas* quaedam temporis (quafi tempus in motu; quam diu?). *Temporis punctum* indicaturus Homerus ufurpat, ut nihil de adverbiis moneam: α) *Genitivum* (cui rariffime ἐπὶ, quae Atticis frequentiffima eft praepofitio, additam inveni, ut Il. IX, 403.), e. g. Il. V, 523.; VIII, 470.; XI, 691.; XXII, 27.; Od. VII, 118.; XIV, 161. β) *Dativum*, ut Il. I, 54. 425.; II, 37. 468. Saepiffime additur praepofitio ἐν, Iliad. II, 471. (cf. 468.); XI, 173. Quamquam vero jam apud Homerum idem, qui in Atticorum fcriptis, ufus invaluiffe videtur, ut Genitivus *incertum* quoddam temporis fpatium, Dativus (et *cum* et *fine* ἐν) *certum*

punctum indicet (cf. fupra!); tamen loca reperiuntur, quibus promifcue alterum pro altero habet. Iliad. XI, 691. (cf. V, 637.), Odyff. XV, 34. νυκτὶ pro νυκτός. γ) *Adjectiva* temporalia, Il. I, 424.; IX, 72.; XI, 726.; XXI, 560.; Od. IV, 194.; XIV, 257. — *Perpetuitatem* vero quandam temporis fignificaturus utitur praeter adverbia (Il. I, 53. 81.): α) *Accufativo*, Il. I, 592.; II, 292. 328. 343.; XIX, 157. β) *Adjectivis* temporalibus, Il. II, 385.; VII, 476. cf. 478.; XVII, 384.; Od. XI, 11. 303. γ) εἰς et ἐπὶ cum Accufativo, quo quidem dicendi genere non folum perpetuitas quaedam temporis, fed etiam punctum, quo definit, declaratur: Od. VII, 288.; XIV, 193. 196.; Il. VIII, 404.; V, 465.; Od. XI, 351.; XIV, 292. 325.; XVII, 582. — Cum tamen utrumque dicendi genus, ut fert mens humana, non tam diftincte fecerni poffit, quin faepius alterum in alterius quafi provinciam transeat, ftructurae interdum mifcentur: Il. X, 497. τὴν νυκτὰ longius temporis fpatium indicans, eft pro τῇ νυκτὶ; Od. XIV, 384., ut nos: *auf den Sommer* etc. Quam temporis ambiguitatem praecipue ἐπὶ cum Dativo augere videtur, ut fit modo temporis punctum modo perpetuitatem aut utrumque fimul indicans Il. X, 48.; VIII, 529.; XIII, 234.; XIX, 110. 229.; Od. II, 284.; XIV, 105.; XII, 105.

*f)* Declaratur porro fola Genitivi nota interdum *locus, quo aliquid* fieri poëta dicit, praefertim nominum propriorum: Il. VI, 60.; XVII, 584.; XIII, 664.; Od. III, 251.; XXI, 108.; Il. IX, 219. ἷζεν . . . . τοίχου τοῦ ἑτέροιο; Od. II, 131., ut Latini: ubique terrarum.

*g)* Adjiciam denique aliquam eorum *verborum* partem, quae cum Genitivo conjungere folet Homerus, ita tamen, ut liberior quodammodo Genitivi vis remaneat. Ea tantum enumerabo, quae negotium quoddam faceffere poffint. α) Verba, quae qualemcunque *animi affectum* et *ftudium* quoddam fignificant, *rem*, quam quis captat aut qua afficitur, Genitivo junctam habeat, Od. XX, 137.; XXIV, 536.; I, 309. 315.; Il. XIV, 37.; XXIII, 767.; VI, 68. 466.; XIII, 190.; XVI, 322.; IV, 335. cf. XXI, 595.; IV, 100.; XXIII, 855. cf. VIII, 118.; XI, 350.; XIII, 159. 183. 370. 502. 650.; XV, 693. κήδεσθαι = ἔρασθαι cum Genitivo, Il. XI, 665.; = φιλεῖν cum Accufativo, Il. IX, 615. cl. 614. — De verbis χολοῦμαι (cujus activum occurrit Iliad. XVIII, 111.), τέρπομαι, ὀλοφύρομαι, τίομαι (ulcifcor, punio) monendum eft, frequentiffimum effe ufum Genitivi, *caufam* irae, gaudii, doloris, poenae indicantis, Iliad. V, 178.; II, 689. cl. 694.; XIII, 203.; IV, 494.; IX, 449.; XIII, 166.;

XXI, 457.; XVII, 660. Additur interdum ἕνεκα: Il. I, 94.; Od. XI, 544.; aut ἀμφὶ c. Dat. Il. XXIII, 88., non tam *caussam* quam *occasionem*, ut ἐπὶ, significans. Il. XIV, 191. κοτεσσαμένη τόγε θυμῷ minus pendet τόγε ab κοτεσσαμένη, sed est ut V, 827. μήτε σύγ' Ἄρηα τόγε δείδιθι, *tali modo*, i. e. tam vehementer, ut saepius τοῖος interpretandum est per μέγας γὰρ, cf. Il. V, 828.; *talis*, *tantus* per *nam magnus*, Virg. Aen. V, 404. Dignus tamen est, qui notetur locus Il. VIII, 245. — Persona, cui aliquis *irasci* dicitur, additur Dativo: Il. I, 9.; XVII, 710.; V, 177.; VII, 230.; III, 23.; Od. XVI, 97. — Eadem est verbi τέρπεσθαι ratio Il. IX, 706.; Od. XIX, 213.; conjungitur tamen eodem sensu Dativus Il. IX, 186.; VIII, 481.; Od. VI, 104.; utramque structuram habes Od. XXIII, 300 sq. Simili modo φθονέω cum Genitivo Od. VI, 68.; XVIII, 18.; μετατρέπεσθαι Il. IX, 630., ut ἀλεγίζειν Il. I, 160.

β) Sequitur porro Genitivus plerumque ea verba, quibus *regnandi* notio inest, ut ἀνάσσειν Il. I, 38.; VI, 478.; X, 33.; θεμιστεύειν Od. IX, 114.; κρατεῖν Il. I, 288.; σημαίνειν Il. XIV, 84.; ἄρχειν Il. II, 494. 576.; ἡγεῖσθαι Il. II, 620.; ἡγεμονεύειν Il. II, 645. Liberior est tamen, ut sensus ipse fert, horum verborum structura, ut saepissime ἀνάσσειν positum sit cum Dativo Iliad. I, 180. 231. 281., quibus locis praepositionem μετὰ suppleri licet, quae saepius adjuncta invenitur, Il. I, 252.; XIV, 94., ipsum Passivum graeco et posteriorum scriptorum more conjunctum cum Dativo personae reperitur Od. IV, 177.; ἡγεῖσθαι Il. I, 71.; II, 864.; ἀρχεύειν Il. II, 345.; V, 200.; θεμιστεύειν Od. XI, 569.; ἐπικρατεῖν Od. I, 245.; XI, 485.; XVI, 265.; βασιλεύειν Il. II, 206.; ἄρχειν ἐν Il. XIII, 690.; σημαίνειν Il. I, 289.; ἐπὶ Od. XXII, 427.; κοιρανέων κατὰ c. Accus. Il. XII, 318. Eodem sensu κελεύειν Il. IV, 428., cujus tamen, cum alioquin Accusativum cum Infinitivo sequi jubeat, complura loca occurrunt, quibus Dativum cum Infinitivo conjunctum habet, ut Il. II, 50. 151. 442.; VII, 284., quo scilicet loco Ἕκτορα Heynianae editionis ambiguitatem, si qua intercedere posset, plane tolleret. Κέκλεσθαι cum Dativo est *acclamare* alicui, ut *audiat*, Il. VI, 287.; XV, 353. 368.; cum Accusativo, *vocare* aliquem, ut *veniat*, Il. XVIII, 391.; cum Infinitivo est pro κελεύειν, Il. XVI, 657.

γ) Ut de verbis μέμνησθαι (cum Accusativo conjuncti exempla sunt Il. IX, 527.; VI, 222.; Od. XXIV, 122., de quo infra dicam); λανθάνεσθαι, στερεῖν, πίμπλημι (ex cujus ratione interpretandus est locus Od. XV, 334.) et aliis taceam, moneo tantum de verbis λίσσεσθαι cum Genitivo, Od. II, 68. (alias haec verba cum Da-

tivo, Il. VI, 240); διδασκόμενος πολέμοιο, Il. XVI, 811. (cf. Od. XXI, 406.) rationem sequitur illius τόξων εὖ εἰδώς, Il. IV, 196.; XV, 525. Usurpat enim Homerus constante usu εἰδέναι τινος et εἰδώς τινος, cum de *peritia* quadam loquitur, cf. Il. XII, 229.; XV, 412.; εἰδέναι τι autem et εἰδώς τι ut aliquem singula *quaedam comperta* habere indicet Il. XIII, 665. Nec repugnat Il. I, 70., re bene judicata.

§. 4.

*Dativus.*

Notus est *a*) frequentissimus Dativi usus, ut rem aut personam indicet, in cujus vel *commodum* vel *incommodum* aliquid fit Il. XVI, 531. Taedet itaque plura exempla accumulare, paucis tantum, quibus quoddam memoratu dignum insit, opus est. Il. I, 163.: σοί ποτε ἶσον etc. (par tibi, i. e. tecum, tuo muneri, cf. III, 238., XIX, 293.); I, 250., ut nos quoque poëtice: *ihm*, i. e. *während seines Lebens;* I, 283. cll. XIV, 50.; Od. XI, 554.; Il. I, 369., i. e. in honorem Agamemnonis. Contra Od. XVI, 234.: ὄφρα κε δυσμενέεσσι φόνου πέρι βουλεύσωμεν in perniciem inimicorum. Il. II, 56.: θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν Ὄνειρος, in meum auxilium; (alias enim verba eundi sequentem Accusativum habent aut solum aut addita praepositione εἰς, ἐπί.) Il. X, 342. — Dativos, quos dicunt *absolutos* duos tantum reperi Il. II, 781 sq.; Od. IX, 149., in utroque tamen loco ut ubique hujus constructionis rationem et causam facili negotio colliges ex praepositionibus ὑποστ. et καθελ. — Subjiciam nonnullas, quas in diligenti carminum Homericorum lectione feci observationes de Dativo personae; praecipue οἱ, cujus apud Homerum non tanta poëtici coloris vis esse videtur, quanta apud subsequentis aevi scriptores, praesertim Latinos. Ut enim vel in quotidiano et nostrae et aliarum recentiorum linguarum usu frequentissime Dativus personae usurpatur, ita Veteres, inprimis Latini, cum Dativum ad sublimius dicendi genus usque fere adhibent (ut unum dem exemplum, cf. Virg. Georg. III, 559. ed. Voss.), plerumque Genitivum in tenui et medio sermonis genere usurpant. Sexcenta docent exempla, quorum unum ponam: *er schlug ihm die Finger entzwei,* digitos ejus discerpsit: τοὺς αὐτοῦ δακτύλους ἔτυψεν. Nostrae linguae usui propius accedit sermo Homericus, Dativum personae saepissime addes. Nonnullos enumerabo locos, in quibus, quod notatu dignum sit, habere mihi videor. Il. IV, 331. (quasi cohors *eorum*); VI, 38. (equi *ejus*); IX, 42. (tuus quidem animus); XII, 174.: Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς etc.;

XIII, 326.; XV, 686.: *φωνὴ δὲ οἱ αἰθέρ᾽ ἵκανεν* (vox *ejus*, non: *ab eo*); Od. IV, 767. cl. Il. XVI, 531.; Il. V, 493.; I, 344.; XV, 98.; Od. VII, 29.; XVII, 71., quo quidem loco, cum alias ἐγγύθεν (ut ἄγχι Od. XI, 191., τέλας Od. XV, 257., τῆλε Od. XII, 354., ἑκὰς Od. XVII, 73.) cum Genitivo saepissime conjunctum reperitur, tantum abest, ut τοῖσιν ad ἐγγύθεν pertineat, ut potius illud sit τοῖσιν, cujus nondum satis explorata est ratio, utrum generis sit masculini, an neutrius, sive, utrum locum, personas, an tempus indicet. Mihi quidem *masculinum* esse videtur Il. I, 58. 571.; II, 433. cll. 336.; VII, 123. 136. 383.; IX, 173.; XXIV, 777.; Od. XIV, 471. (cujus loci dictionem retinuerunt posteriores), praesertim cum et *foemininum* invenitur Il. VIII, 433.; XXIV, 761.; Od. IV, 721. Nec repugnant recte quidem interpretati loci, quales sunt Il. I, 450.; Od. XIII, 24.; XX, 367.; nec quisquam se perturbari patiatur interpretatione saepius bene quadrante: *tum vero, da nun.*

*b)* Usurpatur porro Dativus ab Homero, ut *modum* et *rem* indicet, qua aliquid efficitur. Il. I, 128. 210. 298. 404. 418. 463.; II, 723. 780. 818. sc. μάχεσθαι, cl. 863.; III, 2. (cf. Od. XVIII, 199.) 28., pro quo et ἐν et σὺν ὀφθ. reperitur (cf. Il. XV, 229.; VII, 88.; Od. X, 502.); III, 168.; IV, 451.; V, 182.; XVII, 376.; XX, 189.; Od. VIII, 324.; XI, 412.; XII, 243. (ἡ ψάμμος κυανέη signum dedit, quo apertam terram cognoscerent); XIV, 253.; XVI, 222. 398. ipse carus erat Penelopae propter dicendi facultatem; alia ratio esset τοῦ μύθους. Od. XVI, 474. (contra XV, 334. cum Genitivo, quoniam adnumerari potest verbis copiam, abundantiam significantibus); XVIII, 13.; XXII, 218.

*c)* Designatur deinde Dativo certum *temporis spatium* (de quo supra dixi p. 10 sq.) et *locus*, quo aliquid fit. Il. I, 499.; II, 259. 379.; III, 269.; V, 52. 137. 555.; VII, 88.; XIII, 21.; XX, 22.; V, 78. (δήμῳ enim non est pro ὑπὸ τοῦ δήμου, repugnante vocabuli significatione); Od. II, 37.; V, 54. Suppleri interpretationis causa potest praepositio ἐν, saepius adjuncta: Il. II, 412. cl. XV, 20.; I, 196. cl. VII, 2.; VI, 224. cl. 225.; XIII, 217. cl. XIV, 116.; XVI, 595. 719.; XVII, 307.; Od. IV, 351.; VI, 162.; XXI, 13.; Il. III, 244. *) Eodem modo interpretandum Il. VI, 477.; Od. I, 71.; IX, 510.

---

*) Verbum *ναίω, ναιετάω* est a) *transitivum* cum Accusativo Il. II, 681.; VI, 15.; XVII, 172. 308.; Od. IX, 21. Forma passiva est Il. IX, 149. b) *intransitivum*, et quidem usurpatum α) de *hominibus* et *cum* et *sine* praepositionibus ἐν, μετὰ, περὶ, παρὰ, ἐπὶ, ὑπὸ, κατὰ: Od. VII, 29.;

*d*) Adhibet porro Homerus Dativum ad *motum* quendam aut *inclinationem* indicandam. Il. III, 441. (contra cum Genitivo *separationem* significat Il. V, 187. τούτου... ἔτραπεν ἄλλη ab eo repulit, i. e. repellere solet, ut IX, 509.; XI, 28. et saepissime in comparationibus ea aoristi vis est. Item Latini cf. Virgil. Georg. I, 49.); V, 82.; VII, 218. 285.; VIII, 129.; X, 16. (ἕλκετο est ἕλκων ἀνέσχεν); II, 186.; XV, 87. et Od. XV, 282.; XVI, 40. (contra cum Genitivo Il. I, 596., a filio accepit); Il. XVI, 724. (ἔφεπε est εἶχε, cf. Il. V, 752.; VIII, 139.; XIII, 326. 520. 679.; XXIII, 422.; Od. III, 182. cll. Il. VIII, 157.; XXIV, 362. Il. V, 329. est μέθεπε cum Accusativo ex vi praepositionis). Eadem ratio est τοῦ ἄλλῃ et πάντῃ: Il. I, 120. 384.; V, 187. 495.; VI, 81.; XX, 5. cl. V, 508.

*e*) Est Dativus, *passivae* verborum formae additus, etsi non tot quam in posteriorum scriptis, nonnullis tamen locis pro ὑπὸ c. Genitivo (cujus vero apud Homerum nullus usus est): Il. III, 429.; VI, 398.; XVII, 2.; Od. XI, 621.; XXIV, 100.; Il. III, 138. (notandum κεκλήσῃ.)

*f*) Ex iis *verbis*, quae cum Dativo conjungere solet Homerus, haec addidisse satis est: *α*) χαίρειν et similis significationis, quae quidem, cum Attici multiplici modo et cum Genitivo (et praepositione περὶ) et cum Dativo (et ἐπὶ) et Accusativo (praepos. κατὰ) mutato paulisper sermonis tenore usurpant, Homerus constanti fere usu cum Dativo conjungit: Iliad. V, 682.; XXIII, 556.; XXIV, 706.; Od. II, 35.; III, 52.; X, 419. (alio modo XV, 128., ubi χαίρων appositum τῷ κλαίων est pro σῶς Il. I, 32.); Il. I, 405. (γαίων); XI, 431. (ἐπεύξεαι). Paucis tantum locis additam reperi praepositionem ἐπὶ, Atticis frequentatam Il. II, 270.; XXIII, 784.; Od. XX, 358. 374.; XXII, 412. De loco Il. IX, 77. infra dicam. — *β*) Verbum ἀμύνω τι τινὶ (ἀμύνεσθαί τι se ab aliqua re defendere Il. XIII, 514. cl. VI, 463.) Il. I, 341. 456.; XIII, 426. 465. (ἀμύνειν τινὶ est defendere aliquem non addito Accusativo); XIV, 357.; V, 486.; VI, 262. 361. Eodem sensu et structura χραισμεῖν Il. I, 566.; XI, 120.; ἀλάλκειν Il. XIX, 30. Eodem modo Il. XXIV, 19. ἄπεχε χροΐ alias usque χροός. — Conjunguntur tamen haec verba et cum Genitivo, ita tamen ut nusquam Accusativus rei addatur, id quod factum esse videtur, quod latioris significationis

---

VI, 153; Il. XVIII, 36.; XIII, 176.; V, 543.; II, 758. 150.; VI, 596. (quo loco, si correctione indigeret, male scriberetur: Ἠετίωνος· ἔναιεν.) *β*) *de rebus*, Il. II, 626.; Od. VI, 292.; Il. VI, 570.; IV, 45. et Od. I, 404. sensu fere formae passivae ut Il. IX, 149.; Od. XIII, 285.

tum fit verbum: *pugnare pro*, cf. Il. XIII, 312.; quare saepius additur περὶ (i. e. ὑπὲρ) Il. IX, 531.; XII, 155. cll. 142. 170. 243.; XVII, 182. ἀπὸ est Odyss. XVII, 538. Locis Il. IV, 11.; XII, 402.; XXI, 539. genitivus pendet a Substantivis κῆρας et λοιγὸν, cf. XXI, 548.; II, 302.; I, 97. — γ) μάχεσθαι et ejusdem sensus verba sexcentis locis (e. g. Il. XIII, 720.; II, 214.; V, 172.) Conjunguntur cum Dativo personam, quacum pugnatur, significante. Quare cum in nulla fere alia lingua quam in Graeca totus orationis cursus magis a sensu et cogitationis forma pendet, etiam πειρηθῆναι, alias constanter fere cum Genitivo junctum, Dativum sequentem habet Il. XXI, 225. Aliae horum verborum structurae sunt, ut addatur ἐπὶ cum Dativo Iliad. V, 124. 882. 244.; XI, 442.; XVII, 148.; Iliad. XII, 90. et XIV, 65. ἐπὶ tantum locum, quo pugnatur, significat, ut περὶ, ἀμφὶ et μετὰ cum Dativo Il. VI, 445.; cum Genitivo συμμαχία est ut Il. XIII, 700.; πρὸς cum Accusativo Il. XVII, 471.; additis adverbiis ἀντικρὺ, ἀντιβίην Il. V, 130. 819.; I, 278. — Sed ne nimium a proposito evager unum tantum locum indicabo, cui vix similem reperias et alienum fere ut aliorum ita Homerico sermoni Od. XIV, 289.: ὃς δὴ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισιν ἐώργει, cum alias sit usus, ut Il. V, 175.; Od. XVIII, 15.; XXII, 313.; cf. tamen Il. XIV, 261.

## §. 5.

### *Accusativus.*

De Accusativo, proximae actionis effectum significante non est, quod multis exponam. Indicabo tantum *a)* Accusativos *absolutos*, quot apud Homerum reperisse mihi videor, quorum tamen causa et origo in singulis locis facillime perspici potest. Il. XIX, 80.: χαλεπὸν γάρ, ἐπιστάμενόν περ ἐόντα: molestum est, et si quis peritus interpellet. Interpretandum est τὸ τινὰ καίπερ ἐπιστάμενον ὄντα ὑποβάλλειν, χαλεπὸν ἔστιν, ut sit Infinitivus cum Accusativo subjecti. Od. XIX, 221.; XXIV, 218.: τόσσον χρόνον ἀμφὶς ἐόντα pro τόσου χρόνου παρεληλυθότος.

*b)* Additur deinde Accusativus cuique vocum generi, inprimis *verbis* et *adjectivis*, ut res certius definiatur et circumscribatur. Optimo jure suppletur praepositio κατὰ, utquae saepissime adjecta reperitur. Insigniora tantum loca, cum res tritissima est, pauca enumerabo: Il. I, 201. cl. Od. VIII, 23.; Il. I, 237.: φύλλα τε καὶ φλοιὸν accuratius partem definiunt, qua potitum est, cf. I, 474., XIII, 431., VII, 215.,

XVIII, 345.; Od. XVII, 39.; II, 158. Eodem modo Il. IX, 59. (unde interpretatio Scholiast. ad h. l.), nisi malis interpretari βάζεις ... βασιλῆας ex vulgari usu: *recte dicis de regibus.* Male enim advocat Koeppenius Il. XVI, 207., ubi μ' est μοι (ut Il. IX, 673.). — Saepissime additur κατά: Il. I, 429. 229.; V, 46. 66. 82. 579. — Ejusdem modi: Il. IX, 527. μέμνημαι τόδε ἔργον — ὡς ἦν, cf. Od. XXIV, 122. (quasi: μέμνημαι, ὡς τοῦτο τὸ ἔργον εἶχεν); Il. VI, 222.: Τυδέα δ' οὐ μέμνημαι (forsan addere voluit vates ἰδών aut simile quid); Il. V, 827. (τόγε est: tali modo = nimium, ut nostrum: *nicht so = nicht so sehr; non ita multum,* quod amat Cornelius Nepos); Il. IX, 77. et VIII, 377 sq.: εἰ νῶϊ — γηθήσει προφανεῖσα, quo loco, cum Heynius διά suppleri vult, nihil expedit, nec Graece, nedum Homerice scribit. Cf. V, 361.

*c)* Additur porro saepissime verbis *motum* quendam indicantibus Accusativus, quo locus, in quem motus fit, significetur (suppleri licet ἐπί, πρός et κατά cum Accus. aut εἰς): Il. I, 254. 317. 322. 139. 240. 362.; II, 171. 302.; VIII, 47 sq.; XXI, 40. cl. 58.; I, 431.; II, 667. 850.; I, 423. 12. 168. 424. 484. Ex eadem ratione interpretandum est illud τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο Il. XI, 606.; supplendum ἱκάνεται, ἵκει ex Il. XI, 610.; Od. II, 28. Il. I, 31.: ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν, i. e. ἐπιβαινοῦσαν, quo cum verbo non incommode comparari posse videtur, cum utrumque, quoties sensus τοῦ μετέχειν inest, Genitivo adjunguntur, cf. Il. XIII, 214 sq.; I, 66 sq.; IV, 99.; II, 234. (cum Dativo, Il. VI, 127.; XXI, 151.) — Cum denique notum sit, saepissime hujusmodi Accusativo affixum esse δὲ, pauca tantum, quae de significatione et usu hujus encliticae observavi, addam insigniora: Il. II, 443. cf. 51., I, 227.: κηρύσσειν πόλεμόνδε, ut pugnarent, ad pugnandum, cll. I, 226.; IV, 281.; Il. V, 252.: μήτι φόβον δ' ἀγόρευε (ne fugam suadere videaris: *Nicht doch rathe zur Flucht!*); X, 268.: Σκάνδειάνδ' ἄρα δῶκε; XXIV, 338.; XI, 21.: πεύθετο γὰρ Κύπρονδε, i. e. ἐν Κύπρῳ, ex Graeci praesertim Homerici sermonis indole; Od. V, 3. Et de syllabae θεν, quoniam in hanc rem incidi, pauca addam, omissis, quae notiora sint: Il. II, 456. ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή est, ex sensu quidem, pro ἕκας, in longinquum; XI, 603. κλισίηθεν ἀκούσας contrarium τῷ Κύπρονδε πεύθετο Il. XI, 21.; Il. XXIV, 194. (cl. Od. XVI, 447.): Διόθεν μοι ἄγγελος ἦλθεν; Il. XV, 489. cl. Od. VIII, 499. — Saepissime tantum Genitivi forma est, inprimis in pronominibus Il. III, 276.; Od. VIII, 515.; XI, 531. cl. Il. VIII, 19. 304. 365. Ἔνθεν Od. VIII, 500. *inde usque repetens*; IV, 220. ἔνθεν ἔπινον i. e. οὗ ἔπινον, cf. XIX, 62.

Respicientibus totum, quod hucusque transgressi sumus spatium recte dicere nobis videmur, vix ullum cogitandi modum et rationem esse generalem, quin solis casuum formis exprimere possit Homerus.

1. Ut *locum* significet:

a) *in quo* aliquid fit, habet praecipue *Dativum*: *ἥμενον ἀκροτάτῃ κορυφῇ*, Il. I, 499.

b) *ex, a quo*, — Genitivum: *διώκετο οἷο δόμοιο*, Od. XVIII, 8.

c) *in quem*, — Accusativum: *πένθος . . . γαῖαν ἱκάνει*, Il. I, 254.

d) *per quem*, — Genitivum: *ἔρχονται πεδίοιο*, Il. II, 801.

2. *Tempus:*

a) *quando?*

α) incertum, — Genitivum: *χείματος οὐδὲ θέρευς*, Od. VII, 118.

β) certum, — Dativum: *τῇ δεκάτῃ*, Il. I, 54.

b) *quamdiu?* — Accusativum: *ἕνα μῆνα μένων*, Il. II, 292.

3. *Actionem:*

a) *objecti rem*, — Accusativum: *τέκνα . . . ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας*, Il. IX, 594. Passive Dativo redditur: *ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ*, Il. III, 429.

b) *objecti personam*, — Dativum: *βασιλῆϊ, χολωθεὶς*, Il. I, 9.

4. *Modum actionis:*

a) *causam*, — Genitivum: *ἱρῶν μηνίσας*, Il. V, 178.

b) *instrumentum*, — Dativum: *χερσὶ . . μαχήσομαι*, Il. I, 298.

---

## CAPUT SECUNDUM.
# DE PRAEPOSITIONIBUS.

### I. *Quae Genitivum solum regunt.*

§. 6.

Ἀντὶ. Sola huic praepositioni incompositae vis inest: *anstatt*, *loco.* Cum tamen maximi differre inter vocabuli notionem et loci versionem semper tenendum est, plurimi sunt loci, quibus alio modo bene vertas. Iliad. XXIII, 650.; XXIV, 254.; XIV, 471.; XIII, 447.; IX, 116.; VIII, 233., ut nos: *jeder wollte stehen für 100 Mann*, i. e. *so viel gelten*, *als* etc. (ut ἄξιος Od. VIII, 405. et ἀντάξιος Il. XI, 514.) Eadem ratione VIII, 163., Vossius: *Wie ein Weib erscheinest du jetzo;* XXI, 75., Vossius: *Deinem Schutze ja ward ich vertraut.* Eustathius: τρόπον τινὰ ἱκέτης; Od. VIII, 546., Vossius: *Lieb ja ist*, *wie ein Bruder.* Il. VI, 427. est λαβὼν pro ἀντὶ.

In *compositione* ἀντὶ duplicem etsi non admodum diversam significationem habet *a) eandem*, quam simplex, ut *similitudinem* quandam indicet: Il. I, 136.; IX, 401.; XI, 514.; I, 264.; III, 189. Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. *b)* ut rem *e regione* positam aut *adversam* significet: Il. II, 635.; Od. XVI, 159.; Il. IV, 481. cf. VIII, 301.; Il. XVI, 305. cl. XX, 70.; Od. XXII, 74.; Il. I, 589. cf. V, 701., XXI, 357.; Il. I, 278. cl. 304.; IV, 342. cl. Od. XXIV, 87. cum Dativo; Il. V, 337. ἀντιτόρησεν, cf. X, 267. cum Accusativo.

§. 7.

Ἀπό. Hujus praepositionis, quamvis diverso modo interpretatae, significationem nullam apud Homerum reperi aliam, quam ut sit: *ex (ab)*, aut *originem* aut *longinquitatem* indicans, sive, quoniam linguae Graecae nostra propius accedit, aut *her von* aut *weg von.* Quarum significationum nullus est locus, quin alterutri subordinari possit. Saepius utram valere velis nil refert, ut Il. XVII, 498.; XIX, 1.

*a) her von*, Il. I, 249. (cl. Od. XII, 187.) 530. 532. 598. (cl. XVI, 226.; Od. XIX, 63.); II, 457.; IV, 275. 514.; V, 13.; VI, 470.; XII, 306. ἔβλητο — θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι, quasi: ἄκοντι ἀπὸ χ. θ. ἐλθόντι (cf. XXI, 113.; Od. VIII, 189. 193.);

XII, 431., quo quidem loco ἀπὸ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν illuſtrat τὸ ἀμφοτέρωθεν, cf. Od. IX, 60., Il. XXII, 126., quo Voſſius non ſatis clare vertit, cf. Od. XIX, 163. (alio ſenſu); XVIII, 420. (cl. Od. VI, 12. 18), ubi παρὰ poſteriori aevo uſitatius; XXIII, 758. cl. Od. VIII, 121. (quibus in locis νύσσῃ idem, quod Il. XXIII, 332. 338. eſſe videtur); XXIV, 605. et VIII, 279, cf. quae ad Il. XII, 306. monui; Il. VII, 359.: εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις, i. e. εἰ ἀληθῶς οὗτος ὁ λόγος ἐστὶ τῆς σῆς σπουδῆς, ſi ex animi ſententia dictum eſt, *aus Herzensgrunde.* — Il. VIII, 54. eſt pro ἐκ, μετὰ, poſt.

*b*) *weg von* (*entfernt von*), Il. I, 591.; II, 162.; V, 322.; VI, 472.; VII, 131.; IX, 437. ἀπὸ σεῖο, ſc. λιασθεὶς, ut Od. XXIII, 110. κεκρυμμένα ἀπ' ἄλλων (*vor andern verborgen*); Il. XII, 70.; XIII, 702. 440. (cl. Od. XVII, 538.), qua quidem ſtructura ſolus quoque aut Genitivus aut Dativus reperitur vid. ſupra dictum! Il. XIV, 170.; XV, 125 ſq.; XVII, 110.; XVIII, 64. 215. 243. 256. (ubi ἑκὰς additum); Od. XII, 120.; Il. XVIII, 272.; XXII, 43.; X, 324. ἀπὸ δόξης, cf. Od. XI, 344.; Il. I, 562. ἀπὸ θυμοῦ — ἔσεαι. — Eadem ratione Il. XXIV, 725.: Ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο, aut, auctore Schol., pro ἐκ τοῦ βίου interpretor, aut, quod tamen minus placet, ἀπώλεο νέος αἰῶνος ex Homeri et aliorum, etiam Latinorum uſu, cf. Virg. Aen. V, 73. aevi maturus Aceſtes. Heynius, νέος ἀπ' αἰῶνος interpretans, „forte (fortaſſe) pro νέος αἰῶνι vel (κατ') αἰῶνα, ut ἀπὸ γένους Ἡρακλείδης ὢν pro γένει" vereor, ut ſermonis Homerici leges probe obſervaverit, aut ullum hujus ſignificationis τοῦ ἀπὸ indigitare poſſit.

In *compoſitione* haec praepoſitio eandem, quam incompoſita, habet ſignificationem, ut reddat noſtrae linguae praefixas ſyllabas: *weg, ab, ent, zurück:* Il. I, 25. 60. 95. 98. 128.; II, 261., ἀποδύσω cum duplici Accuſativo Atticorum more; III, 265.; IV, 478.; V, 257. (ut: revortor rurſus denuo Carthaginem, Plautus Poen. Prol. 79.); VI, 265.; XIV, 261. (cf. I, 562. contra X, 383.); XVII, 231.; XVIII, 409.; XXII, 118.; XXIV, 76.; Od. XIV, 212. 372.; VIII, 177. — Verbis quibusdam, ut quae per ſe hanc actionem ſignificant, intendit vim ut ἀποκτείνω, ἀπόλλυμι, ἀπολήγω, ἀπαμείβομαι et ſexcentis aliis. Dicas quoque, nonnullis in compoſitionibus locum τοῦ ἀ privativi tenere: Od. XVI, 387. ἀφανδάνει; Il. XXIII, 413. ἀποκηδήσαντε, i. e. ἀκηδήσαντε Il. XIV, 427... Notatu inprimis dignum eſt verbum ἀποείπειν, de cujus uſu et ſignificatione, omnibus quae apud Homerum leguntur locis inſpectis, haec fere tenenda eſſe videntur. Eſt pro

οὐ φημί, *verbieten*, *abschlagen* (ut ἀπεμυθεόμην Il. IX, 109. *abrathen*); Il. I, 515.; VII, 362. 416. ἀγγελίην ἀπέειπεν (cf. Eustath. et Schol.); IX, 422. 649. 309. 431. 510. 675.; Od. I, 91. 373. Idem ἀποτρωπῶσι Od. XVI, 405. et Il. XIX, 35. 75. μῆνιν ἀποειπών, et III, 406. θεῶν ἀπόειπε κελεύθους, respondens nostro: *entsagen*. Cum vero duo leguntur loci, in quibus huic verbo solam τοῦ *edicere* notionem inesse, negari nequit Il. XXIII, 361. ἀληθείην ἀποείποι, et Od. XVI, 340. ἐφημοσύνην ἀπέειπεν, sunt, qui nonnullos supra citatorum locorum hoc modo interpretari malint. Cavendum tamen est, ne de qualicunque sermone usurpari hoc verbum putes, sed potius de *mandato* quodam; quare Koeppenius verbum latinum *renuntiare* (μῦθον ἀποίσειν Il. X, 337.) non inepte comparare videtur. Similis huic est ratio verbi ἀπώμνυον Od. XII, 303. in verba jussa juraverunt et quidem omnia; ἐτελεύτησαν τὸν ὅρκον. Significatur itaque continuum quoddam et perfectum, quae quidem notio (alias propria praepositionis ἐκ in compositionibus) etiam τῷ ἀπομηνίειν inesse puto, Il. II, 772.; IX, 426.; XIX, 62. ut ἐπιμονή τις, auctore Eustathio, significetur: διετέλεσε μηνίων. Idem ἀπεθαύμασε Od. VI, 49.

§. 8.

Ἐκ significationem et usum τοῦ ἀπό simillimum exhibet vel *motum* inde ex aliquo loco aut originem aut causam vel *remotionem* indicans, ita ut non minus quam τοῦ ἀπό omnes ejus significationes in duas potissimum dividi possint: a) *her von (aus)* et b) *weg von (aus)*, quarum quae potior sit, saepissime ex sola dicentis mente pendet.

a) *her von (aus)* motus inde ex aliquo loco, etiam excelsiore: Il. I, 269. 270. 534.; V, 4. cl. 7.; VIII, 75.; XI, 130.; XVI, 267. 293.; XXIV, 715.; XIX, 375. ἐκ πόντοιο, *über das Meer her*; XXIV, 352. ἐξ ἀγχιμόλοιο, cf. Od. V, 283. (quo modo et Il. XX, 377. ἐκ φλοίσβοιο δέδεξο, i. e. ἐν-φλοίσβῳ); Od. VIII, 568. ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν; XXIV, 388. (ἐξ ἔργων jungendum cum ἦλθε); XVIII, 299. ἐκ δ' ἄρα Πεισάνδροιο, sc. δόμου. Addendum est, cum ἐκ cum verbo δέω et similibus conjunctum significationem nostri: *an*, exhibet: Iliad. V, 262.; XI, 38.; XVIII, 480. 598.; XXII, 398.; XXIII, 853.; Od. VIII, 67.; X, 96.; XIX, 58.; XXII, 175.; XXIII, 196., ex more Graecorum, ubicunque fieri potest, motum quendam significantium. — *Origo:* Il. I, 63. 525.; II, 197.; XIV, 416. 472.; XXII, 152.; XXIV, 397.; Od. XVI, 100.; unde fit, ut non solum verbis neutris, sed etiam transitivis addatur pro ὑπό cum Genitivo, quod Atticis usitatum est.

Od. XIX, 93.; IX, 512.; VI, 29. 197.; Il. XIV, 19.; V, 384.; II, 33. 669.; XVIII, 75.; XXI, 513.; Od. VII, 70. Eodem modo interpretandi esse videntur loci: Il. XVII, 101. ἐκ θεόφιν πολεμίζει, auxilio a deo lato; IX, 343. 486. ἐκ θυμοῦ φίλεον (erat καταθύμιος). — *Causa:* Il. VII, 111.; Od. III, 135.; XIX, 114.; IV, 343.; V, 468. Vossius optime: *Mich von der Ohnmacht noch* etc., ita ut temporis quoque notionem involvat, quae saepissime huic praepositioni inest: Il. I, 6.; VIII, 295.; V, 865.; IX, 106.; XIII, 493. (jungendum enim videtur πιόμενα ἐκ βοτάνης); XIV, 86.; XIX, 290.; Od. II, 254.

*b) weg von (aus)* remotionem ex quocunque vel excelsiore loco significans: Il. V, 469.; XVI, 87. 122. 678.; XIV, 130.; XX, 137.; XXIV, 288.; Od. XV, 91. ἐκ μεγάρων — ὀλῆται, *wegkommen aus dem Pallaste;* XXII, 376.; XIII, 399.; Il. III, 273. (Paucis locis pro ἐκ est ἐκτὸς hoc sensu Odyss. XII, 219.; XIII, 123.) Il. XXIII, 595.: ἐκ θυμοῦ πεσέειν idem quod ἀπὸ θυμοῦ ἔσεσθαι Il. I, 562. Additur denique praepositio ἐκ *superlativis* iisque structuris, quibus superlativi vis inest: Il. IV, 96.; Od. II, 433.; Il. XVIII, 431.; XXI, 370. cf. Od. IV, 723.

In *compositione* haec praepositio

1) easdem, quas simplex exhibet significationes: Il. I, 337. 369.; II, 480. 483.; IV, 486. (τὴν αἴγειρον) ἐξέταμε non est: *abhauet, umhauet,* sed *behauet;* est enim duplex τοῦ ἐκτέμνειν significatio ut nostri: *ausschneiden,* a) *etwas aus einem grössern Stück herausschneiden, z. B.* μηρία ἐκτάμνον Od. III, 456.; b) *etwas durch Ausschneidung unpassender Theile reinigen, einrichten, z. B.* μηρούς τ' ἐξέταμον Il. I, 460. Eadem fere est ratio verborum latinorum *effodere* et *defodere,* cf. Virg. Georg. I, 497.; IV, 42. — Il. XIII, 391.; V, 25.; XX, 443.

2) addit verbis quibusdam hanc vim, ut rem quandam *absolutam* esse significet: Il. I, 19. ἐκπέρσαι, 129.; V, 161.; XVIII, 322. ἐξεύροι; XX, 342. ἔξιδεν (conspicere, non inani studio oculos huc illuc jactare); XXI, 451. τέλος ... ὧραι ἐξέφερον; IX, 61.; VII, 360. ὀξώλεσαν (sensu activo ut ἐκλέλαθον Il. II, 600.); Od. VI, 66. ἐξονομῆναι; IX, 163.; XI, 234.; XII, 329.; XV, 18.; XXII, 56.; XVIII, 100.; γέλῳ ἔκθανον (exanimari risu).

§. 9.

Πρὸ, saepius ab Homero de *loco*, quam de *tempore* usurpatum, est:

*a)* **vor**, Il. V, 96. 789.; VI, 80.; IX, 708.; X, 126.; XVII, 726.; XXII, 110; XXIII, 115. Idem illud Ἰλιόθι πρὸ Il. VIII, 561.; XIII, 349.; Od. VIII, 581.; et οὐρανόθι πρὸ Il. III, 3., quasi in *conspectu* coeli: *hin unter dem Himmel;* et Il. XI, 50. ἠῶθι πρὸ (ut ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο Od. XV, 349.) non est, ut Scholiast. vult, πρὸ ἡμέρας (cf. vers. 1.), sed: *hin unter der Morgenröthe*, cf. Od. VI, 36. — De tempore est: Od. XV, 524.; XVII, 476.

*b)* **für**, i. e. *zum Besten von* (ὑπὲρ, non ἀντί), quae quidem notio ex loci significatione originem ducit: Il. IV, 373. cl. 156.; XXIV, 215. (cf. III, 16.); XI, 217.; VIII, 57.; X, 286.

*c)* Unum tantummodo locum reperi, quo πρὸ usurpatum esse videtur, ut Latinorum *prae*, sensu nostri: *vor*, *aus*, *causam* indicantis, Il. XVII, 667. ἀργαλέου πρὸ φόβοιο. Usitatius et Homero hoc sensu ὑπὸ cum Genit. Cf. infra ὑπό.

In *compositione* haud dubium est, quin *loci* designatio praevaleat, ita ut, quibus locis non manifeste *tempus* significari oporteat, cavendum sit, ne illa negligatur: Il. III, 16.; IV, 382.; XIX, 212. 218.; I, 113. 434.; II, 396.; XXIV, 409.; Od. XV, 146.; XX, 355. Addit verbis quibusdam majorem movendi in locum quendam vim (*vorwärts hin*): Il. I, 3.; V, 190.; I, 127. 195. 308. 442. 458.; II, 251. (cll. III, 7. 64.; VI, 346.; X, 479.; XI, 529.; XVII, 121.); II, 465. 588. (προθυμία, cf. πρόφρων Il. VIII, 23.; III, 218. προπρηνές, cf. XXIV, 18.); I, 291. προθέουσιν, locus obscurus, quo equidem, si vis *permittendi* manifesta haberetur, ὀνείδεα cum μυθήσασθαι conjungere mallem. Cum vero προθέουσιν certius a θέω (curro) derivatur, comparandum est cum προχέεσθαι et προφέρειν et statuendum, μυθήσασθαι affixum esse, ut est saepissime apud Homerum otiosus ejusmodi Infinitivus. Il. IV, 156.; V, 700.; VI, 336.; IX, 541. (ut πρόῤῥιζος XIV, 415.); XIII, 689. cf. Eustath.; XIV, 18.; XVII, 756.; XXIV, 332.; Od. V, 331. 385.: πρὸ δὲ κύματ' ἔαξεν, excitavit Boream, qui *prodeundo* undas frangeret, sedaret, cf. Soph. Ajax 674. Brunck.; IX, 143. 145.; XI, 18.; XII, 194. 205.; XIII, 155.; XIX, 25. — De *tempore*: Il. I, 70.; II, 555.; XVI, 60. (XIX, 65.); XVIII, 526. (Od. V, 364.); XX, 204.; Od. I, 37.; IV, 396.; IX, 221. Facile intelligitur, in quibusdam verbis proximas sibi esse et vim localem et temporalem, ut προνόησαι Il. X, 224.; XVIII, 526., Od. V, 364.; προΐεσθαι Od. IV, 396.; πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο

Il. IV, 382. — In compofitionibus quibusdam vim tantum augere videtur Il. II, 493. προπάσας; XVII, 275. προλιπόντες, cll. Od. II, 279.; XIII, 331.

§. 10.

Ἄνευ (ἄνευθεν, ἀπάνευθεν), ἄτερ, νόσφιν, *ohne (Hilfe von) getreunt von:* Il. XXIII, 387.; Od. II, 372.; Il. XVII, 407.; V, 185.; XXI, 78.; Od. X, 554.; XVI, 239.; adverbialiter Il. XXI, 300. — ἀπάνευθεν: Il. XVII, 426.; adverbialiter Il. I, 35. — ἄτερ: Il. IV, 376. ἄτερ πολέμου, fine armis, tanquam φυγάς, ξεῖνος, cf. Euftath. et Schol. ad h. l., non: *fich entfernend vom Kriege*, ut Voffius, qui tamen idem fignificare videtur addens: *gaftlich;* V, 473. cl. σὺν feq. verf., 753.; IX, 604.: ἄτερ δώρων, i. e. οὐκ ἐπὶ δώροις (602.), quem totum locum Voffii verfione non fatis illuftratum ita interpretor: „Opitulatum nobis venias, quaefo; pejus effet, defediffe, donec Trojanos victores ab incenfis navibus repellere poffes. Nunc potius veni, cum praefertim praemia (tanquam ποίνη, τιμή) tibi propofita fint (honoraberis enim, ut audivifti ex regio mandato, honore divino); fin vero repudiatis, quae tibi debentur, praemiis, bellum fubire malis, repulfis hoftibus majori etiam honore afficieris." Eft enim οὐκέθ' ὁμῶς pro *maxime*, ut Virgilianum illud: *non fimili* poena . . *luetis* (Aeneid. I, 136.). Quae tamen interpretatio femper ex eo, quod fubintelligendum eft, fieri debet, cum e. g. οὐχ ὁμοίος eft quoque pro *minor*, Il. IV, 410. — νόσφιν: Il. IX, 348.; XII, 466. νόσφι θεῶν, Voffius: *aufser ein Gott;* fenfu quidem recte; eft pro ἄνευ θεῶν: „nifi cujusdam deorum ope;" Od. XIV, 451.: *ohne Beifteuer*, cf. verf. feq. κτεατ. ἑοῖσιν. — Adverbialiter Od. XI, 544.

§. 11.

Ἕνεκα, *wegen*, Il. I, 94.; Od. XI, 544. cum verbo χολοῦσθαι. Il. I, 174. 214. 291.; II, 138.; Od. III, 212., ubi abundare nonnullis videtur; conjungendum autem eft σῆς μητέρος εἵνεκα cum κακὰ μηχανάασθαι.

§. 12.

Δέμας, *nach Art, wie*, praepofitionis loco pofitum eft Il. XI, 596.; XVII, 366.; XVIII, 1., qui loci fortaffe ad illuftrandum Il. V, 4 fq. infervire poffint.

---

## II. *Quae solum Dativum regunt:*

§. 13.

Ἐν (εἰν Il. V, 160.; ἐνὶ Il. I, 30.; εἰνὶ Il. VIII, 199.) est his apud Homerum significationibus:

a) ut *tempus* et *locum* indicet, quo aliquid fieri narratur: *in*, ita tamen, ut propiorem, quam praepositio latina *in*, relationem exhibeat. De *tempore* cf. p. 10 sq. — De *loco:* Il. I, 358. 396. 297.; II, 223.; I, 14.; VI, 47. (ubi οἴκῳ deest, ut Od. VII, 132.); Od. XXII, 411. ἐν θυμῷ: clam, apud te cohibeas laetitiam tuam. — De terris et urbibus: Il. I, 155., III, 244.; de hominibus, *unter* (inter, alias apud Homerum μετὰ cum Dativo) Il. I, 109. 398.; Od. XII, 383. cl. 385. — Pauci tantum loci reperiuntur, in quibus haec praepositio remotiorem quandam relationem significat: Il. IV, 422. ἐν αἰγιαλῷ; II, 688.; XXII, 318.; Od. V, 466.; Il. IX, 97. ἐν σοὶ μὲν λήξω.

b) *locum* designat, *in* quem (εἰς est potius *versus*) motus quidam fit: Il. I, 441.; II, 175. 418. (ἐν κονίῃσιν conjungendum cum πρηνέες, sc. πεσόντες, cf. Il. IV, 482. 544.); V, 161. cl. III, 209.; V, 215. 317. 370.; VI, 169., VIII, 166.; XVIII, 545.; XXIII, 132.; Od. IV, 785.; XIV, 422. Sunt tamen quamvis rara exempla, quibus et hoc sensu remotiorem quandam relationem exprimit haec praepositio: Il. VI, 65. λὰξ ἐν στήθεσι βὰς, cf. XIII, 618.: *auf die Brust* etc.; XVIII, 521. ἵκανον ἐν ποταμῷ, *an den Fluss* (cf. Od. V, 466.). Ita est ἐν χερσὶ, modo *in manum* (Il. I, 585.), modo *manu* (Il. VIII, 116. 221.; XIX, 251.) XXII, 61., ut solius Dativi vicibus fungatur, ἐν πυρὶ καίειν Il. XXIV, 38. cl. VIII, 182.; V, 386.; Od. XII, 161.; XIII, 292.; XXII, 54.; Il. XIX, 186. Eodem modo interpretandum ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεσθαι Il. I, 587.; Od. VIII, 459., quocum interdum σὺν commutatur, ut ἐν τεύχεσιν et σὺν τεύχεσιν. — Ἐντὸς eodem sensu et structura Il. I, 432.; Od. XVI, 324.; ἔντοσθε Od. XVII, 339.

In *compositione* servat haec praepositio vim suam: Il. I, 311. 481. 593.; II, 56. 202.; VI, 519.; Od. XII, 293. 419.; XIII, 421. (ἐνθύμιος); XV, 218. 413. Verbo ἐναίρειν Il. XX, 96., XXI, 26. vim intendere et propriam τοῦ *spoliare* reddere videtur, unde τὰ ἔναρα.

§. 14.

Σὺν, cujus

a) tritissima haec est significatio: **mit**, *societatem* quandam indicans; Il. I, 227. Addito pronomine αὐτὸς aliis in locis Homerus quoque σὺν omittere solet; Il. VIII, 24. 290.; IX, 542.; XXIII, 8.; Od. XIV, 77.; XX, 219.; XXI, 54.; aliis addit: Il. IX, 194.; XII, 112.; XIV, 498. — Frequentissima est phrasis σὺν θεῷ, cum deo (auxiliante) Il. III, 439. cl. 440.; IX, 49.; XI, 792.; XXIV, 430.; Od. VIII, 493.; XIII, 391.

b) usurpatur ab Homero (ut a nobis: **mit**), sensu *instrumenti* cujusdam, ubi Latini solo Ablativo uti solent: Il. IV, 161 sq.; V, 220.; VIII, 530. cl. 376.; Od. V, 293. Medii fere generis ea loca esse videntur, quibus cum et societas et instrumentum significetur, Latini Participiis uti solent. Il. I, 389. (cl. Od. XI, 161.); II, 47. 450.; III, 29.; IX, 80.; X, 151. 480.; XVI, 368. 156. (armatus); Od. XXIV, 193. ἄκοιτιν σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ (magna virtute praeditam).

In *compositione* tuetur propriam vim Il. I, 8. (alio sensu II, 182.) 76. (*com*parare) 124. 537. 579. (*con*turbare, *com*miscere); II, 55. 339. 381.; IV, 269. cl. Od. VIII, 139. (*con*fundere, quocum compares συνάξαι Il. XXIII, 467., alias κατάξαι VIII, 403.); Od. VII, 270.; VIII, 99.; XX, 245. — Il. XXI, 502. συναίνυτο vim augere videtur et Od. X, 42. κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες videtur poëta canere voluisse κενεαῖς σὺν χέρσιν, quod mutabit metri causa; aut tmesis est. — Duobus tantum locis σὺν cum numeralibus conjunctum distributiva facit Od. IX, 429. et Il. X, 224.

---

## III. *Quae solum Accusativum regunt.*

§. 15.

Εἰς (ἐς Il. VI, 378., XVI, 574.) significat:

a) **in, nach, auf** (in, versus) de omnibus terris, urbibus, locis et superioribus et inferioribus: Il. I, 100. 141. (Od. X, 351.) 222 402. 423.; II, 271.; III, 364.; VI, 404. 378. (ubi deest οἶκον, cf. VIII, 367.; Od. II, 195.; VIII, 418.); XI, 196. cl. 211 sqq; XIII, 451.; XVIII, 469.; Od. III, 293; VII, 254. (cum Dativo Il. XXIV, 154.); XI, 392.; XII, 81. Saepissime hac in structura prae-

positionem omitti, cuique gnaro et Homeri et Atticorum lectori notissimum est, cf. supra dictum p. 17 dicunt. Solet Homerus quoque, ut semper fere Latini convenire in aedem Jovis), omnibus verbis conventum quendam significantibus addere εἰς Il. II, 303.; Od. IV, 581. (sc. ῥοάς). — Sensu: *usque ad* est: Il. XVI, 640.; XVIII, 353.; Od. VII, 87. — De *hominibus* usurpatur Il. VII, 312.; VIII, 272.; XIII, 756.; XV, 402.; XVI, 574. (quo loco ἱκέτευσε ἐς Πηλῆα etc. significantius, quam τοῦ Πηλῆος est pro: ἦλθεν ἱκετεύσων); Od. XI, 331. — Perpaucis tantum locis εἰς propriae Homerici ἐν significationi accedere videtur Il. I, 220.; XVIII, 215.; XXIV, 795.

*b)* adhibetur ad significandam certam uniuscujusque rei, praesertim *temporis partitionem: auf, in:* Il. V, 465.; VIII, 404. 538.; XIX, 32.; Od. III, 138 sq.; IV, 86. 526. 595.; IX, 135.; XI, 351.; XVIII, 122.; Il. II, 126.

*c)* designat *usum* aut *consilium* quoddam: *zu*, Il. I, 226.; XV, 310. 533.; XVIII, 245.; XIX, 36.; XX, 137.

*d)* duobus tantum locis eam, quae posterioris temporis scriptoribus usitatior est, significationem reperi: *in Absicht auf, an (κατά)*, Il. III, 158.; XVI, 821.

*e)* Digna sunt denique, quae singulariter notentur, haec fere loca: Il. II, 379. ἐς μίαν βουλεύειν; IX, 102. cll. XI, 789. et XXIII, 305.; XXIII, 148. ἱερεύσειν ἐς πηγάς, cl. XVI, 574.; Od. V, 458. ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, ita ut ἀρτίφρων esset; XIX, 144. εἰς ὅτε κέν, cf. Il. V, 466. εἰςόκεν. — Forma εἴσω (ἔσω Il. XXIV, 199.) cum Accusativo eadem, qua εἰς, significatione est: Il. VIII, 549.; XXIV, 145. (Ἴλιον εἴσω cum ἄγγειλον, ut Od. IV, 775.); aliter Il. XIII, 553. Od. VII, 135. Genitivus δώματος non ab εἴσω pendere videtur.

In *compositione*, qua haec praepositio vim sibi suam tuetur, cum nihil est, quod notatu dignum sit, haec tantum loca indicabo: Il. I, 142.; IV, 4.; XVII, 564.; XXI, 417. 494. 610.; XXIII, 622.; Od. VI, 91. ἐςφόρεον, sc. τὰ εἵματα εἰς μελ. ὕδ., cf. 157., XII, 317., XVII, 52.

## §. 16.

Ἀνά, motum significans, est: *durch, längs:* Il. I, 10. 53. 570.; IV, 251.; V, 74.; XII, 333.; XVIII, 4. 546.; XXIII, 716. Etiam promiscue cum διά usurpatur Il. X, 198. (cl. Od. XIV, 34.), cum alias ita a διά discrepet, ut non *transitum*, sed

internam quandam *obambulationem* (ἐπιπώλησις) significet. Reperitur quoque jamjam apud Homerum ea, qua Attici saepissime utuntur, hujus praepositionis significatio: *längs hinauf*, Od. XXII, 176.; XII, 143. De *tempore*, Il. XIV, 80. — Addit Homerus *Dativum* quoque huic praepositioni: *oben an, auf:* Il. I, 15. VIII, 441.; XIV, 352.; XVIII, 177. — Postremo notentur loca: Il. II, 250.: ἀνὰ στόμα ἔχειν (ut Herodotus sensu bono: πᾶς ἐν στόμασιν ἦν ὁ ζωπ.) cl. XXII, 452.; Od. VIII, 377.: ἀν' ἰθὺν, cl. IV, 434.: πᾶσαν ἐπ' ἰθὺν; Od. IX, 209.: ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα χεῦεν, cf. IV, 41.: *an, zu.*

In *compositione* praepositio ἀνὰ saepissime usurpata has potissimum significationes habet:

*a) auf, in die Höhe:* Il. I, 68. 191. 236. 312. 450. 496. 586. (*sey nicht niedergeschlagen;* erecto animo sis); IX, 433.; XI, 800.; XIV, 436. (ἀνέδρακεν); XVII, 297. cl. XVIII, 56.; XVIII, 315.; Od. X, 29.; XIII, 78.; XX, 123. (ἀνέκαιον). Ex ipsa hac ratione derivandae esse videntur significationes verbi ἀνίημι, quod est: 1) *in die Höhe schicken*, Od. XII, 105.; 2) *bewegen, aufheben*, Il. VI, 256.; 3) ubi pro καταλείπειν esse volunt Il. II, 34. 71. 276., idem cum priori est: ὕπνος ἀνίησί με, somni deus (cujus est ἀνδρῶν ὄμματα θέλγειν, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρειν) me excitat, expergefacit.

*b)* Proxima huic significatio est: *zurück, weg:* Il. XVI, 437. (ἀναρπάξας); III, 35. (cl. XVIII, 582.) 48. 77. 348.; V, 443. 599. (cum ὀπίσσω) 751.; Od. I, 152. (ut Virgilii mensae repostae Georg. III, 527.); II, 105.; IX, 178.; XII, 104.; XIII, 78. Proximam priori hanc esse significationem, testimonio est, quod compluribus verbis utraque simul inest: ἀναιρεῖν (tollere): *α) in die Höhe nehmen*, Il. I, 449.; XVI, 10.; Od. XIX, 22. (amplecti); XXII, 9.; *β) wegnehmen*, Il. I, 301.; ἀναβάλλεσθαι: *α) sich in die Höhe richten, anschicken*, Od. VIII, 266., XVII, 262.; *β) zurückwerfen, aufschieben*, Il. II, 380. 436.; ἀνέρχεσθαι: *α) hinaufgehen*, Od. XIX, 190.; *β) zurückgehen*, Il. VI, 187., XIV, 28.; ἀνάγεσθαι, Il. I, 478.; Od. XVIII, 89.; XIX, 202. Ex eadem hac significatione (*zurück*) interpretanda est vis *negativa*, quae inest verbo ἀνανεύω Il. VI, 311., Od. IX, 468. (contrarium κατανεύω l. c. 490.); est enim capite retrorsum moto (repulsae signo) sententiam suam promulgare. — Loco Od. XIII, 326. γαῖαν ἀναστρέφ. est pro στρέφεσθαι ἀνὰ γ.

§. 17.

Praepositionis ὥς (*zu*) unum tantummodo exemplum est apud Homerum: Od. XVII, 218.

---

### IV. *Quae vel Genitivum vel Accusativum regunt.*

§. 18.

Διά. 1) cum *Genitivo* conjuncta haec praepositio in omnibus locis, quantum equidem intellexi, est: ***durch***, *locum* designans: Il. II, 458.; III, 263. 357.; IV, 135. 481.; V, 250. 503. 562.; IX, 478.; XIII, 755.; XX, 479.; XXII, 309.; Od. IX, 298.; XIX, 564.; Il. VI, 226.; XII, 104. (quibus locis et ἐν dici potuisset) cll. XIII, 204., XVII, 293., XXIII, 696. Eandem significationem servat in locis Il. IX, 468., XXIII, 33., ubi διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο conjuncto cum τανύοντο, non est, quod haesites.

2) cum *Accusativo:*

*a*) pro maxima quidem parte eandem, quam cum Genitivo conjuncta, habet significationem: ***durch***, de *loco:* Il. I, 600.; II, 40. cl. 345.; IV, 230.; XIV, 91.; XV, 1.; XVII, 283.; XX, 269.; XXII, 190.; XXIII, 122.; Od. VII, 40.; XVI, 276.; XVII, 72.; XVIII, 123.; Od. VII, 40.; XVI, 276.; XVII, 72.; XVIII, 153.; promiscue cum Genitivo Il. VII, 247. cl. 251. De *tempore:* Il. II, 57.; VIII, 510.

*b*) ***durch***, instrumentum significans: Il. I, 72.; X, 497.; XV, 71.; Od. VIII, 520.; XIII, 121.; XIX, 523. Idem est Il. XV, 41. (cl. V, 874.); Od. XIX, 154.; XXIII, 67. Facile intelligitur, proximam huic esse significationem *causalem*, cujus tamen nullum reperitur apud Homerum manifestum exemplum.

In *compositione* a) servat significationem primitivam: ***durch***, Il. VIII, 491.; XIV, 344.; XXIV, 716.; Od. XII, 102.; XIX, 575. 578. (qua structura saepius Accusativus quoque, ut Il. I, 483. cl. II, 785.). Plurimis locis rem *ad finem perductam* significat Il, I, 166. 367.; II, 691. — b) *separationem* indigitat, ut nostrum *durch* in verbis *durchreissen*, *durchschneiden*, i. e. *entzwei*, *auseinander*: Il. I, 6. 531.; II, 476. 655.; III, 315. 344.; V, 158.; VII, 292.; IX, 333.; XVII, 522. 729.; XX, 280. 416.; Od. XVIII, 339. 340.; XIX, 333.; XX, 341.; XXIV, 532. — c) cum *adjectivis* compositum, ubi ζα... esse dicunt, auget notionem, ut latinum *per:* Il. I, 38.; III, 220.

§. 19.

Κατὰ, 1) cum *Genitivo* conjuncta ubique *motum* significat e *superiore* in inferiorem locum: *von oben herab* (de): Il. I, 44.; IV, 452.; XIII, 772. (cl. XV, 557., XXII, 411, XXIV, 728.); Od. VIII, 508.; XIV, 399. Idem est in illa phrasi Il. V, 659.: τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν, i. e. νὺξ χυθεῖσα κατ' ὀφθαλμῶν (ὥσπερ καλύπτρα), cf. XVI, 344.; XVIII, 24.; Od. VIII, 85.; et in illa Il. VIII, 410. et XV, 79.: βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον, si quis enim montem quendam deserit, descendere putatur, etiam deus iter faciens in Olympum. — Nonnullis locis est: *hinab* (quae vero differentia ex sola dicentis cogitatione et statu pendet): Il. III, 217.; XIII, 504.; XIX, 39.; XXIII, 100. Nil interdum interesse utram sumas, testimonio est locus Il. IX, 15.

2) cum *Accusativo* conjuncta haec praepositio ubique fere obvia exhibet:

*a*) *significationem loci* latiori quidem sensu, ita tamen, ut usque fere motus quidam lateat: *zu, nach, an, in*: Il. I, 409. 424. 484. 487.; II, 47.; III, 36.; VI, 136. (contra *an, durch*, i. e. *heraus*: Il. XIV, 518.; XVII, 86.); V, 46. 66. 579. (ubi saepissime deest, e. g. 582., quo loco ut saepissime participia sine ulla ad commutandam structuram vi posita sunt); VIII, 131.; XVI, 646.; XVIII, 286. (cl. 255. 266.); XXII, 1.; Od. IX, 153. Unde fit, ut paucis quidem locis etiam pro μετὰ positum sit: Od. III, 72.; XI, 479. Significatio motus cujusdam ex veterum, praesertim Graecorum more et illis locis inesse putanda est, in quibus nostra lingua eam respuere nonnullis videtur. Il. I, 193. 229. 483.; II, 99. (*hin auf den Sitzen*) 130. 399. 438.; III, 151.; VI, 56. 287.

*b*) exprimit *convenientiam* quandam: *nach, gemäſs* (pro): Il. I, 286. 136. (cl. IX, 108.); II, 214. 362.; III, 59.; VI, 333.; Od. V, 327. 461.; XII, 204.; XIV, 254. Ejusdem generis est Il. I, 271.: καὶ μαχόμην κατ' ἔμ' αὐτὸν ἐγώ (pro mea parte), cf. II, 366. Eustathius: κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν.

In *compositione* haec praepositio vim suam retinet eam potissimum, quam cum Genitivo constructa habet: *herab (hinab), nieder*: Od. I, 303. 330.; XII, 77.; XVIII, 206. (notatu dignus Accusativus cl. Il. VI, 288.); XIX, 205 sq.; XXIV, 100.; Il. I, 68. 413. 464. 475. 514. (κατανεύσω capite in adversum declinato); II, 414. 670.; III, 51.; IV, 475.; V, 36. 417. 870.; VI, 53.; XVI, 293. Idem Il. IV, 157.: κατὰ ὅρκια etc., *niedertreten, mit Füſsen treten*, alias ὑπερβαίνειν Il. III, 107. (Soph. Aj. 1335. Brunck.).

Res depressa saepius evanescit: Il. I, 81. 460.; XXII, 354.; VI, 202.; XVII, 225.; XX, 227.; XXI, 24.; Od. IX, 510.; XXIV, 296. — Paucis locis cum substantivis aut adjectivis composita, alteri significationi, quam cum Accusativo conjuncta habet, respondet: Il. II, 668.; Od. XXII, 392. (contrarium ἀποθύμιος Il. I, 562.).

§. 20.

Ὑπέρ, (ὑπείρ, Od. IX, 254.).

1) cum *Genitivo* his est apud Homerum significationibus: *a*) *über* (super): Od. I, 137.; VI, 107.; XVI, 471.; Il. II, 20.; IV, 528.; motum indicans: Il. XV, 382.; XX, 279.; XXIII, 73.; XXIV, 320.; Od. XII, 406.; XVII, 575. Cui significationi quam sit affinis *jenseits* facile intelligitur: Il. XVIII, 228.; Od. XIII, 257. (cl. III, 73.); XIV, 300. — *b*) *für, d. h. zum Besten*: Il. I, 444.; VII, 449.; XII, 5. — *c*) *über* (de): Il. VI, 524.; XII, 424. (licet hoc loco et ita interpretandum esse videatur, ut sit: ab utraque parte, *jenseits derselben, d. h. vor und hinter*). — *d*) additur verbis γουνάζεσθαι et aliis ejusdem significationis pro πρὸς, *bei*, quod posterioris aevi scriptoribus usitatius est: Il. XV, 660. 665.; XXII, 338.; XXIV, 466.; Od. XV, 261.

2) cum *Accusativo* ubique *motum* significat: *über*, Il, V, 16. 851.; X, 373. (ubi ἀΐξασα suppleri licet); XII, 289.; XXIII, 227.; XXIV, 13. Proxima est significatio: *wider (über das Maass, das Rechte hinaus)* postea παρά: Il. III, 59. 299.; IV, 67.; VI, 333.; XVI, 780.; XVII, 321. 327.

In *compositionibus* est: *über*: Il. II, 426.; III, 107.; VI, 208. (i. e. ἔξοχος); V, 138. (cum Accusativo XX, 327.; XII, 468.); XXIII, 637.; Od. VII, 90.; auget vim (ut διά, per), Il. II, 116. 746.; VI, 111.; XI, 297.; est enim ὑπέρθυμος non magis odiosum aliquid (*übermüthig*, superbus, ὑβρίζων) quam ὑπέρδικα Soph. Aj 1119. Brunck. Alia quamvis proxima et ex structura cum Accusativo interpretanda significatio est locis: Il. XVII, 330. (ut *ultra* pro *extra*); XV, 185. cl. Od. XVII, 268.; Il. II, 155.; XX, 30.; Od. I, 34., ubi est *wider*.

---

V. *Quae vel Genitivum, vel Dativum vel Accusativum regunt.*

§. 21.

Ἀμφὶ (ἀμφὶς, Il. V, 723.; XI, 634).

1) cum *Genitivo* conjuncta haec praepositio duobus tantum locis legitur apud Homerum: Il. XVI, 825. et Od. VIII, 267., quo in utroque significare mihi quidem videtur: *um* (*d. h. über*, de). In priori loco πίδακος ἀμφ' ὀλίγης ad ἐβιήσατο χάρμῃ referendum puto. At Vossius non causae, sed loci significationem inesse existimat; et Wolfius optimo sane jure post μάχεσθον interpungi vult, quoniam ubique verba, quibus certamen significatur, ἀμφὶ conjunctum cum *Dativo* habent; quare Il. IX, 412.; XVI, 496. et aliis ἀμφιμάχομαι cum Accusativo et Genitivo continuum scripsisse videtur.

2) cum *Dativo* conjuncta indicat *a*) *locum: um, an*, Il. I, 465., 481.; II, 388.; XVII, 4. *nahe an*; Od. XI, 423. *geschmiegt an, auf*, cll. V, 371. et XII, 433. et XIX, 278.; deinde *motum* quoque: Il. II, 45.; III, 328 sq.; V, 722.; XVIII, 344.; Od. VI, 9.; XIV, 23.; XVII, 38. ἀμφὶς est Il. V, 723. — *b*) additur verbis μάχεσθαι et similibus, ut *causam* certaminis innuat: *um, wegen*, Il. III, 70. cl. 137; XI, 672.; XII, 421.; XVI, 647; Od. XXII, 227; quamquam interdum *locum* tantum modo significat: Il. V, 466.; XII, 175.; XIII, 496.; XVI, 565. cl. 568. ita ut interdum ambiguum sit, utra altera significatione praestet, ut Il. V, 451. Dubitari tamen nullo modo potest, quin ἀμφὶ cum Dativo *notionem causalem: um, über, was anbetrifft*, habeat: Il. VII, 408.; XIII, 382.; XXIII, 88.; XXIV, 108.; Od. I, 48.; IV, 151. 153. cl. 170.; V, 287.; XI, 546.; XIV, 338., 364.; XVII, 555.; XIX, 95.; XXIV, 263.

3) cum *Accusativo*, *a*) *locum* designat, in *quem* motus fit: *um, an*, inprimis, qua hujus praepositionis vi et posterioris aevi scriptores frequentissime utuntur: *in die Gegend, in die Nähe von*. Monendum tamen iterum iterumque et hic et in universo veterum praesertim Graecae linguae usu, Graecos saepissime *motum* quendam exprimere, quibus locis recentiorum linguarum indoles *requiei* notionem requirere videatur: Il. I, 409.; IV, 295.; V, 476.; XI, 706.; XVII, 290. 388.; XVIII, 30.; XXI, 442.; Od. VIII, 502. 506.; X, 212. Eandem significationem valere puto Od. XI, 510. Rarissima enim est *b*) altera hujus prae-

positionis cum Accusativo conjunctae vis: *um*, *über* (de). Dubitari vix de aliis nequit locis, nisi: Il. XVIII, 339.; Od. XIX, 46.; ambiguus videri potest Od. XXIV, 45.

*Compositum* reperitur cum adjectivis, substantivis verbisque et ubique servat primitivam suam vim: *um*, idque, Accusativo addito *locum*, Genitivo, *causam* significans: Il. I, 37. 103. 584. 607.; II, 165. 389. 700.; XI, 713.; XVI, 66. 73. 290.; XVIII, 37. 186.; XXI, 203.; Od. VI, 122.; VIII, 523. cl. 527.; X, 227.; contra Il. XVI, 496. cl. 497.; XVIII, 20; Od. IV, 820.

§. 22.

Ἐπί.

1) cum *Genitivo* est: *an*, *auf*: Il. I, 46. 461.; V, 249. (sc. ὄντες) 550.; X, 80. 173. (Eust. παροιμιῶδες ἀντὶ τοῦ νῦν ἐν κινδύνῳ ἐστιν κ. τ. λ.); XIII, 565.; XXII, 153.; XXIV, 190. (cl. 273.) (aliud est, ac δῆσαί τι ἔκ τινος); Od XII, 27. 358.; XIX, 277. Notandi inprimis loci: Il. VII, 195.; XIX, 255. *Motus* significatur Il. I, 485. 536.; III, 5.; XI, 546.; XXI, 454.; XXII, 45.; Od. I, 278. (rariori structura pro μετὰ τὴν etc.); V, 238.; VI, 252., X, 140. (rectissime Dativus νηΐ (sc. σὺν) propter medium κατηγαγόμεσθα, i. e. ex alto subducere); XIV, 357.; XVI, 325.; XIX, 470.; XXI, 41, — De *tempore* usurpatum est: *zur Zeit*, Il. II, 797.; V, 637.; IX, 403.; XXII, 156.; XXIII, 332.

2) cum *Dativo* conjuncti frequentior usus ejusque principalis significatio est: *bei* (*auf*, *in*, *zu*) Il. I, 559.; II, 312.; III, 195.; IV, 420. 443. 470.; V, 883.; VI, 25.; XI, 5.; XIII, 485. 654.; XIV, 32.; XVI, 661.; XX, 390.; Od. XVI, 99. 111.; XVIII, 414.; XXII, 427. (aliis locis vel μετὰ ταῖς vel τῶν). Saepissime solum *additamentum* indicat more τοῦ πρὸς c. Dat. a posterioris aevi scriptoribus frequentati: *dazu* (*dabei noch*), Il. VIII, 262.; IX, 639.; XIV, 130.; XXIV, 231.; Od. III, 113.; VII, 120.; XII, 362.; XXII, 264.; XXIV, 277. Uno quantum cognovi, loco *usum* innuit: Od. XVIII, 44. ἐπὶ δόρπῳ. — De *tempore* est: Il. VIII, 529.; X, 48. (*einen Tag lang, während des Tages*, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ Schol.); XIX, 110. 229.; Od. XIV, 105.; XII, 105. Quo modo interpretandus esse videtur locus Od. VII, 216: οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο ἔπλετο, quem cum vertunt: „nihil est molestius ventre esuriente", recte quidem

V. *Quae vel Genitivum, vel Dativum vel Accusativum regunt.*

§. 21.

Ἀμφὶ (ἀμφὶς, Il. V, 723.; XI, 634).

1) cum *Genitivo* conjuncta haec praepositio duobus tantum locis legitur apud Homerum: Il. XVI, 825. et Od. VIII, 267., quo in utroque significare mihi quidem videtur: *um (d. h. über, de).* In priori loco πίδακος ἀμφ' ὀλίγης ad ἐβιήσατο χάρμῃ referendum puto. At Vossius non causae, sed loci significationem inesse existimat; et Wolfius optimo sane jure post μάχεσθον interpungi vult, quoniam ubique verba, quibus certamen significatur, ἀμφὶ conjunctum cum *Dativo* habent; quare Il. IX, 412.; XVI, 496. et aliis ἀμφιμάχομαι cum Accusativo et Genitivo continuum scripsisse videtur.

2) cum *Dativo* conjuncta indicat *a) locum: um, an,* Il. I, 465., 481.; II, 388.; XVII, 4. *nahe an*; Od. XI, 423. *geschmiegt an, auf,* cll. V, 371. et XII, 433. et XIX, 278.; deinde *motum* quoque: Il. II, 45.; III, 328 sq.; V, 722.; XVIII, 344.; Od. VI, 9.; XIV, 23.; XVII, 38. ἀμφὶς est Il. V, 723. — *b)* additur verbis μάχεσθαι et similibus, ut *causam* certaminis innuat: *um, wegen,* Il. III, 70. cl. 137; XI, 672.; XII, 421.; XVI, 647; Od. XXII, 227; quamquam interdum *locum* tantum modo significat: Il. V, 466.; XII, 175.; XIII, 496.; XVI, 565. cl. 568. ita ut interdum ambiguum sit, utra altera significatione praestet, ut Il. V, 451. Dubitari tamen nullo modo potest, quin ἀμφὶ cum Dativo *notionem causalem: um, über, was anbetrifft,* habeat: Il. VII, 408.; XIII, 382.; XXIII, 88.; XXIV, 108.; Od. I, 48.; IV, 151. 153. cl. 170.; V, 287.; XI, 546.; XIV, 338., 364.; XVII, 555.; XIX, 95.; XXIV, 263.

3) cum *Accusativo*, *a) locum* designat, in *quem* motus fit: *um, an,* inprimis, qua hujus praepositionis vi et posterioris aevi scriptores frequentissime utuntur: *in die Gegend, in die Nähe von.* Monendum tamen iterum iterumque et hic et in universo veterum praesertim Graecae linguae usu, Graecos saepissime *motum* quendam exprimere, quibus locis recentiorum linguarum indoles *requiei* notionem requirere videatur: Il. I, 409.; IV, 295.; V, 476.; XI, 706.; XVII, 290. 388.; XVIII, 30.; XXI, 442.; Od. VIII, 502. 506.; X, 212. Eandem significationem valere puto Od. XI, 510. Rarissima enim est *b)* altera hujus prae-

positionis cum Accusativo conjunctae vis: *um*, *über* (de). Dubitari vix de aliis nequit locis, nisi: Il. XVIII, 339.; Od. XIX, 46.; ambiguus videri potest Od. XXIV, 45.

*Compositum* reperitur cum adjectivis, substantivis verbisque et ubique servat primitivam suam vim: *um*, idque, Accusativo addito *locum*, Genitivo, *causam* significans: Il. I, 37. 103. 584. 607.; II, 165. 389. 700.; XI, 713.; XVI, 66. 73. 290.; XVIII, 37. 186.; XXI, 203.; Od. VI, 122.; VIII, 523. cl. 527.; X, 227.; contra Il. XVI, 496. cl. 497.; XVIII, 20; Od. IV, 820.

§. 22.

Ἐπί.

1) cum *Genitivo* est: *an*, *auf*: Il. I, 46. 461.; V, 249. (sc. ὄντες) 550.; X, 80. 173. (Eust. παροιμιῶδες ἀντὶ τοῦ νῦν ἐν κινδύνῳ ἐστιν κ. τ. λ.); XIII, 565.; XXII, 153.; XXIV, 190. (cl. 273.) (aliud est, ac δῆσαί τι ἐκ τινος); Od XII, 27. 358.; XIX, 277. Notandi inprimis loci: Il. VII, 195.; XIX, 255. *Motus* significatur Il. I, 485. 536.; III, 5.; XI, 546.; XXI, 454.; XXII, 45.; Od. I, 278. (rariori structura pro μετὰ τὴν etc.); V, 238.; VI, 252., X, 140. (rectissime Dativus νηῒ (sc. σὺν) propter medium κατηγαγόμεσθα, i. e. ex alto subducere); XIV, 357.; XVI, 325.; XIX, 470.; XXI, 41, — De *tempore* usurpatum est: *zur Zeit*, Il. II, 797.; V, 637.; IX, 403.; XXII, 156.; XXIII, 332.

2) cum *Dativo* conjuncti frequentior usus ejusque principalis significatio est: *bei* (*auf*, *in*, *zu*) Il. I, 559.; II, 312.; III, 195.; IV, 420. 443. 470.; V, 883.; VI, 25.; XI, 5.; XIII, 485. 654.; XIV, 32.; XVI, 661.; XX, 390.; Od. XVI, 99. 111.; XVIII, 414.; XXII, 427. (aliis locis vel μετὰ ταῖς vel τῶν). Saepissime solum *additamentum* indicat more τοῦ πρὸς c. Dat. a posterioris aevi scriptoribus frequentati: *dazu* (*dabei noch*), Il. VIII, 262.; IX, 639.; XIV, 130.; XXIV, 231.; Od. III, 113.; VII, 120.; XII, 362.; XXII, 264.; XXIV, 277. Uno quantum cognovi, loco *usum* innuit: Od. XVIII, 44. ἐπὶ δόρπῳ. — De *tempore* est: Il. VIII, 529.; X, 48. (*einen Tag lang, während des Tages*, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ Schol.); XIX, 110. 229.; Od. XIV, 105.; XII, 105. Quo modo interpretandus esse videtur locus Od. VII, 216: οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο ἔπλετο, quem cum vertunt: „nihil est molestius ventre esuriente", recte quidem

faciunt; interpretantes autem *ἐπὶ στυγερῇ γαστέρι* esse pro *στυγερῆς γαστέρος* (ut *ἀντὶ* et *πρὸ* interdum pro *ἢ* comparativum sequuntur cf. *Matthiaei* Grammat. Graec. §. 440., ubi tamen vir egregius locum Virgilii Aeneid. IV, 502.; minus recte interpretatur; est enim *quam morte Sichaei*: *als beim Tode des Sichäus*) in errore versantur. Interpretandum potius est; „tempore ventris esurientis, i. e. esurienti cuique nihil molestius est (sc. eâ ipsâ)." — Similis ratio et vis hujus praepositionis cum verbis *γελᾶν*, *χαίρειν* et aliis ejusmodi conjunctae, ubi cum *de*, *über* reddunt, male negligunt, quid intersit inter structuram cum *Genitivo* et cum praepositione *ἐπὶ* c. Dat.; haec enim *remotiorem* quandam relationem innuit, ut nostrum: *sich freuen bei etwas*. (Significavi nuper aliquid hac de re in libello meo: *Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische. 1r Cursus. Halle* 1813. p. 216.); Il. II, 270.; XXIII, 784. (cl. 840.); Od. XX, 358, 374.; XXII, 412. Proximum huic est, ubi manifeste *caussam* indicat: *um*, *wegen*, Il. I, 162.; IX, 492. 602.; X, 304.; XIII, 104. (*nicht des Kampfes wegen*, *auf Kampf (gefasst)*, ad pugnam parati); XVIII, 501.; XXI, 445.; XXIII, 274. 574.; Od. XVI, 19.; XXII, 75.; Il. XXI, 585.; XXIII, 776. (pro Dativo, i. e. in honorem) contra Il. XVII, 236. 400. 543. locus significari videtur. — *Motum* indicat: Il. I, 55. 88. 382. 437. (cl. 485. sq.); II, 6. 89.; III, 89. 132.; IV, 251. 273.; V, 327. 829.; VI, 213.; XI, 274. 293. 583.; XIV, 165.; 401. 441.; XV, 458. 464.; XXIII, 362.; Od. VI, 75.; XVII, 330.; imprimis *sensu hostili*, *in*, *gegen* saepissime additum verbis *μάχεσθαι* et aliis (quae et solo Dativo utuntur) Il. II, 472.; III, 15.; IV, 352.; V, 629. sq.; XVII, 459.; XXI, 174.; Od. IV, 822.; X, 214.; XXII, 303.

3) cum *Accusativo* ubique *motum* significat quamvis nostris repugnantibus linguis: *zu*, *nach*: Il. I, 12. 168. 350. 440.; II, 18. 159.; VI, 43.; X, 213.; XIII, 459.; XIV, 227. 437.; XV, 80.; XVIII, 565.; Od. II, 252.; III, 421. (aliis locis *μετὰ*, *κατὰ*); XII, 439.; Il. II, 218. 308. 526. 765.; VII, 446.; IX, 174. 360.; X, 27.; XVII, 116. 447.; XXIV, 202. 535. (cl. Od. XVI, 385.); Od. I, 183. 299.; II, 370.; III, 3. 142.; VII, 90. 239; XIV, 403.; XXIII, 76. *Usum* significat: Il. VI, 79. cl. Od. IV, 434. (ad qualemcunque rem, omni ratione); et ut *ad* est interdum pro *secundum* ita *ἐπὶ* Od. V, 245. — De *tempore* usurpatum est: *auf*, *in*, Il. II, 299.; IX, 415.; Od. XII, 407.; XIV, 193.; XVII, 341. — Il. IV, 384.

est: *auf Bothschaft;* Il. XVI, 392. ἐπὶ κάρ, *aufs Haupt vorwärts hin*, praeceps, ἄνωθεν Schol.

In *compositione* retinet vim: *auf, zu, an:* Il. I, 22. 29. 31. 50. 89. 475.; II, 125. 234.; III, 12.; VI, 68. i. e. ἐφιέμενος, cupidus; IX, 214. cl. VII, 426.; XVII, 650.; XIX, 107.; Od. I, 273.; II, 316.; V, 50.; VI, 45.; VII, 248.; VIII, 14. (ex similitudine τοῦ ἀμφιμάχεσθαί τι); IX, 538.; XXI, 141.; XXIII, 13. 55. — Saepissime solum additamentum dat: *dazu noch, überdiess*, Il. I, 25. 295. 326. 383. 462.; IV, 423.; XVIII, 310. 312. (sc. λόγον) 529. 612.; XXIII, 796. Ἐπίορκος et ἐπιορκέω jamjam sensu posteris frequentato ubique est: *per*jurare; Il. III, 279.; XIX, 188.

§. 23.

Μετά.

1) cum *Genitivo* non frequens ejus usus est apud Homerum; quovis loco vim habet: *mit* (cum), Il. XIII, 700.; XXIV, 400.; Od. X, 320.; XVI, 140.

2) cum *Dativo* usque est pro ἐν subsequentis aevi scriptoribus proprio: *unter* (inter): Il. I, 252. (cum enim Genitivus additur verbis regnandi manifestior, est *subjectorum* significatio) 368. 503. 516. 525.; II, 93.; III, 321.; VI, 323. 375.; XVI, 240. (*in der Mitte von*, i. e. ἔχων); XVIII, 130.; XIX, 50. 110.; XXII, 49.; XIII, 668.; Od. III, 91.; VIII, 156.; IX, 369.; XV, 400. (et *inter mala*, malis circumventus). Deest Od. I, 71. — Plurimis locis est, ut ἐν: *in*, Il. V, 344.; IX, 434.; XI, 4.; XIII. 200. 579. (*zwischen, mit den Füssen*); XIV, 264.; XVIII, 419.; Od. II, 148. μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο (alio loco ἅμα πνοιῇς ἀν.) eandem habet rationem: *im Winde.*

3) cum *Accusativo* ubique est: *nach* et quidem de *loco: zu, hinterher, nächst:* Il. I, 222. 423. 478.; II, 376. 674.; VI, 21.; VII, 228.; X, 516.; XIII, 301. 513.; XIX, 346. cl. 275.; XXII, 140.; XXIV, 575.; Od. II, 406.; VI, 115.: XII, 247. cl. 244. — Saepissime significatur etiam consilium quoddam et voluntas aliquid perficiendi: Il. VII, 418. (ut nos: *nach Holz* sc. ut afferant, Il, XIII, 247 sq.); XIII, 252.; XV, 52.; XX, 329.; Od. I, 184.; II, 206. 308.; XX, 153.; XXI, 17. — Rarior ejus usus est de *tempore:* Il. XVIII, 96.; XXIII, 227. (quo tamen loco melius de aurora Luciferi vestigia premente interpretari nobis videmur, ut Od. XVII, 336.) — Loci singulares: Il. II, 143.; IX, 54.; XVII,

149.; Od. IV, 652.; XVI, 419.; XXII, 352. ubi est aut pro *μετὰ* cum Dativo aut pro *κατὰ* cum Accusativo; ex ultimi loci ratione interpretandum quoque compositum *μεταδόρπιος* Od. IV, 194.

In *compositione* plerumque est: *nach, hinterher:* Il. I, 48. 283.; II, 241. 265. 386.; V, 80.; VI, 86. 280 341.; XIV, 443.; XVI, 779.; XVIII, 532.; XXI, 422.; Od. III, 83.; VI, 132. 222. cl. 133. (alias cum Accusativo); XII, 312.; XVII, 285. Ex notione *hinter, rückwärts,* facillime derivanda est *verkehrt, umgekehrt:* Il. I, 199.; IX, 648.; XVII, 114.; Od. IV, 612.; V, 286.; XXIII, 188. — Altera minus frequens significatio est: *unter, mit:* Il. I, 58. 73. 140.; IV, 316.; V, 19. (*zwischen*); VI, 296.; XVII, 373.; Od. VIII, 293.; XIII, 46 ; XVIII, 48.

§. 24.

**Παρά.**

1) cum *Genitivo*, si *quietis* statum significat, primitivam suam vim habet: *neben* (*bei*): Il. IV, 468.; V, 28.; XIX, 253.; sin *motum*, id quod multo frequentius est: (*her*) *von*, Il. I, 190.; II, 596. 787.; IV, 500.; VI, 177.; VIII, 533.; XI, 1. 603. 795.; XII, 225.; XIII, 211. 744.; XVIII, 137.; XIX, 143.; XXI, 444.; XXIV, 429.; Od. III, 347. 431.; VI, 290.; X, 36. 146.; XII, 70.; XIV, 452.; XV, 158. Supplendum est in loco Od. XI, 327. cf. p. 9.

2) cum *Dativo* ubique est: *neben*, Il. I, 26. 89. 300. 415.; II, 54. 297. 355. 773.; III, 440.; IV, 1. 475.; V, 869.; VII, 135.; XVIII, 400.; Od. I, 440.; VIII, 337. 420.; XI, 460. *Motum* significare videtur Il. XIII, 617.; XII, 411.; Od. III, 37 sq. Eandem significationem (*neben, bei*) esse in his quoque locis puto: Il. XIII, 627 et Od. I, 123. *φιλεῖσθαι παρά τινι*, i. e. *φιλότητος τυγχάνειν παρά τινι* bono hospitio excipi *apud aliquem* pro *ab aliquo* (*freundlich bei jemanden bewirthet werden.*).

3) cum *Accusativo* semper *motum* significat (*hin*) *neben, zu:* Il. I, 327. 347.; VI, 42. 433.; VII, 190.; VIII, 121.; IX, 67.; XI, 109. 805.; XIII. 208.; XVII, 297.; XVIII, 143. 608. (*an*, ut Od. VII, 127); XIX, 40.; XXI, 206.; XXIII, 866.; etiam ubi latina magis quam nostra lingua *quietis* significationem mavult (cf. Il. VII, 156.): Il. I, 34. 318. 463. 476.; II, 522.; III, 272.; IV, 487.; XII, 30. XVI, 312.; Od. IX, 46.; XIII, 220.; XIV, 347.; XXI, 145. Quod *juxta* fit, saepe scopum non ferit, aut superat; itaque *παρὰ* est (ut *ὑπέρ*, quod magis fere fre-

quentatum est Homero) *praeter*, *darüber hinaus*, *wider*: Il. XXII, 145.; Od. III, 172.; IV, 802.; XV, 298.; Il. XIII, 787.; Od. XIV, 509.

In *compositione* est: **neben**, **bei**: Il. I, 132. 174. 407.; II, 189.; VII, 156.; XIII, 597.; XVI, 2.; XVIII, 387.; XIX, 251.; Od. II, 237. cl. III, 74. *daransetzen*; X, 24.; XV, 324.; XXII, 65. 348.; **vorbei**: Il. IV, 272.; VIII, 311.; X, 346. 350.; XXIII, 515, 636.; Od. V, 417.; VIII, 230.; XII, 99.; XIX, 187. *um* (ut in nostro: *umstimmen*): Il. I, 577.; VI, 62. 337.; VII, 120.; XI, 793.; XII, 249.; XIV, 54.; Od. IV, 348. 465. XI, 488. (*suche nicht durch tröstende Reden meine traurigen Vorstellungen vom Tode umzuwandeln*); XIV, 131.; XX, 346.; **dagegen** (negative), Il. IV, 381.; XIII, 726.; Od. XV, 324.

§. 25.

Περὶ.

1) cum *Genitivo*: *über*, *um*, *wegen* (de): Il. VII, 301.; XI, 700.; XII, 423.; XV, 284. 416. 707.; XVI, 1. 476.; XVII, 157. 734.; XX, 17. 253.; XXIII, 659. 718; Od. I, 135.; VII, 191.; VIII, 225. (ἐρίζεσκον περὶ τόξων, i. e. περὶ τῆς τοξοσύνης); IX, 423.; XI, 403.; XVI, 234. (quo quidem loco duae constructiones βουλεύειν φόνον τινὶ et βουλεύειν περὶ φόνου τινὸς in unam coaluerunt); XVII, 371.; XXIV, 39. (contra vers. 37. ἀμφὶ δέ σ' ἄλλοι κτείνοντο de loco). Supplendum est in locis Od. XI, 174, 494. Eidem significationi locum esse apud verbum ἀμύνεσθαι περί τινος (alias ὑπὲρ) colligere licet ex structura verborum μάχεσθαι, μάρνασθαι: Il. XII, 142. 170.; XV, 496.; XVII, 397.; XVIII, 195.; ita ut ubique haec praepositio cum Genitivo conjuncta, non *locum*, sed *causam* designet, etiam Il. XVIII, 279. — Nonnullis in locis ordinem priorem significat: *darüber hinaus (vor)*, Il. I, 417.; II, 831.; IV, 257.; V, 325.; XIII, 374. Additum etiam Superlativo est Il. VII, 289.

2) cum *Dativo* est, *um* de *loco*: Il. I, 303.; II, 416.; XII, 401. 464.; XIII, 77.; XV, 648.; XVIII, 453. (μάρναντο περὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν); XXIII, 598.; Od. XVII, 471 sq., ubi, mea quidem sententia, primo *locus* designatur; sed quoniam qui *apud* aliquem pugnans moratur, plerumque et *pro eo* pugnare creditur, derivata haec significatio in hoc loco potior fiat necesse est vel propter sequens εἵνεκα κ. τ. λ. Similem rationem ostendi p. 36, 2. ex Od. I, 123. cf. quoque Il. IX, 461.

De *tempore* unum tantummodo locum reperi Od. II, 245. etsi hoc loco localem quandam relationem subesse putaverim. — Verbis metum significantibus iisque solis additur sensu: *de, um, für:* Il. V, 566.; IX, 433.; X, 240. Hic non omnino sibi constare videtur sermo Homericus, cum verbum simplex δείδια semper περὶ cum Dativo conjunctum habeat, composita cum περὶ et *Genitivum* et *Dativum*: Il. IX, 449.; X, 93.; XIV, 266.; XVI, 78.; XVII, 240. 242.; XXI, 328.; XXIII, 822.; Od. XIV, 527.

4) cum *Accusativo* eadem, qua cum Genitivo conjunctum vi utitur: *um* de *loco*, cum praesertim totum rei circuitum significare vult Homerus: *rund herum*, ut Od. XIII, 187.: Il. I, 448.; VI, 256.; VIII, 519.; XVII, 412. 760.; XVIII, 374. (ἑστάμεναι περὶ τοῖχον, *rund herum stehend an der Wand*); XX, 500.; XXI, 11. (ἑλισσόμενοι περὶ δίνας, *umher in den Strudeln sich drehend*).

In *compositione* est: *herum:* Il. I, 236. 393. (cf. IX, 420); II, 410. cl. Od. XII, 356. (περιστήσαντο insigni modo pro περιεστήσαν); VI, 320.; Od. VI, 232. (χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ, i. e. περὶ τὸν ἄργυρον) cf. Il. V, 506 sq. et VIII, 331. ex licentia quadam veterum et ipsis scriptoribus usitata (Caesar de B. Gall. VII, 72: turres toto opere circumdedit, i. e. turribus totum opus); Od. IX, 80.; XXII, 466. (contra cum Accusativo est *superare* XV, 17.); Il. XXI, 163. περιδέξιος, i. e. *um und um rechts*; XI, 89. (περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ, *um und um, ganz und gar*). Unde fit, ut saepissime superiorem rei cujusdam gradum exprimat: *übertreffend, sehr*: Il. I, 466. 603. 607.; IX, 321. (οὐδέ τί μοι περίκειται, *ich habe nichts darum voraus, weil* etc.); XVIII, 549. — Cum verbis δείδια et similibus conjunctum, esse *de für, um*, supra monui, quibus addendi esse videtur loci: Il. XXIII, 485. et Od. XXIII, 78.

## §. 26.

Πρὸς (προτὶ Il. XI, 831.; ποτὶ Il. I, 245.)

1) cum *Genitivo* significatio primaria esse videtur: *bei, an:* Il. VI, 456.; X, 428.; XVI, 85.; XXII, 514.; Od. XVIII, 162.; XXI, 347. (*neben:* nam cum distinctius dicere vult e *regione*, aut addit ἀντίον ut Od. XVIII, 333 sq. aut aliam structuram sumit. Locus Od. XIII, 110., quo manifesta est significatio: *versus, gegen*, unicus profecto est); Il. XXII, 198. (ποτὶ πτόλιος πέτετ' αἰεί, *längs der Stadt, neben der Stadt hin*). — Contra *her von* est: Il. XV, 670.; Od. VIII, 29. ex cujus

ratione interpretari velim Il. I, 160. Item Il. I, 239.; Od VI, 207.: πρὸς Διός, *unter dem Einflusse*, *unter dem Schutze*, Ex eodem fonte manare videtur ſtructura verborum ὄμνυμι κ. λ. πρός τινος (*bei*) Il. I, 339.; XIX, 188.; Od. XI, 67. πρὸς ſexcenties deeſt ut Il. IX, 451. — Deinde additur verbis et paſſivis et neutris ſignificatione: **von**, Il. VI, 57. 525.; XI, 831.; Od. XI, 302. Sunt tamen loci quibus inſpectis conjunctio et tranſitus prioris in hanc ſignificationem facili negotio intelligatur: Od. XVIII, 162. *damit ich um ſo geehrter werde* **bei** *meinem Gemahle*, i. e. *damit ich um ſo mehr* **von** *meinem G.* etc Cf. quae ſupra monui p. 36. 2.

2) cum *Dativo* ſemper eſt: **bei, an**, Il. V, 425.; XIV, 398.; XX, 420.; Od. V, 329. 401. 433.; VIII, 378.; IX, 459.; et *motum* ſignificat: Il. I, 245. (cf. Od. XVII, 237. cum Accuſativo); XXI, 507.; Od. V, 415.; VI, 310.; VII, 279. Unus tantummodo locus Od. X, 68. luculentus eſt (ut ſubſequentis aevi ſcriptores ſexcenties ſolent) de ſolo *additamento*: πρὸς τοῖσιν (inſuper).

3) cum *Accuſativo* ejusdem ubique ſignificationis eſt, ita tamen ut motum indicet: **zu, an**, Il. I, 420. 426.; II, 310.; VI, 235.; VI, 467.; XIV, 403.; Od. VI, 95.; VIII, 374.; IX, 301. Item in locis, quales Il. XVII, 90. 442; Od. V, 285.; XIV, 331.; XIX, 288. Ex ratione loci Od. XII, 81. πρὸς ζόφον, εἰς ἔρεβος **τετραμμένον** interpretandi ſunt: Od. IX, 26.; VIII, 66.; V, 402.; Il. XI, 622. (*gegen*, verſus). Proxime accedit ſenſus hoſtilis: **gegen**, contra: Il. XVII, 471.; IV, 378.; XVII, 98. (πρὸς δαίμονα, contrarium: σὺν θεῷ) 264. (ποτὶ ῥόον, contrarium κατὰ ῥόον).

In *compoſitione* eſt: **zu, an**: Il. I, 84.; II, 48.; V, 515. 879. (προτιβάλλεαι, i. e. λυπεῖς; μάχιμος λέξις dicit Euſtathius: increpare, invehi, *anfahren*); VII, 421.; IX, 381.; XVI, 863.; XVIII, 379.; Od. IX, 234. (ποτιδόρπιον, cf. μεταδόρπιον) 456. (ποτιφωνήεις, affabilis); XII, 433.; XIX, 58.

§. 27.

Ὑπὸ (ὑπαὶ Il II, 824.)

1) cum *Genitivo* conjunctae hujus praepoſitionis eſt ſignificatio ut ubicunque primaria: **unter**, Il. I. 501.; III, 372.; IV, 106.: V, 796.; VIII, 543.; Od. IV, 39. (*unten los*, *weg von*; ex cujus loci ratione interpretandi Il. XVII, 235. 645.;

XIX, 73.; XXI, 56, 553. *Motum* indicat Od. IX, 375.; XI, 52. Deinde est: *unter dem Einflusse* (*Beihilfe*, auxilio, beneficio, *durch*, *wegen*, *vor*), Il. XVIII, 492.; Od. XIX, 48. 114.; XXIII, 290.; Il. X, 376.; XI, 119.; XII, 74.; XVI, 277.; XXIII, 86.; Od. VII, 263.; X, 78. Eodem modo interpretandam esse hanc praepositionem arbitror, additam verbis neutris, quae inde in verba transitiva cum significatione passiva transformari perperam volunt: Il. I, 242.; II, 268.; III, 61.; IV, 276.; V, 92.; VI, 73.; XIII, 153. 334. 796.; XVII, 319. 616.; Od. XII, 406. Etenim ne unum quidem locum hucusque reperi, quo haec praepositio Genitivum regens verbi cujusdam passivae formae addita sit et ex posteriorum more pro *ab*, *von* esse dici possit; nam Il. XII, 462. διέτμαγεν κ. τ. λ. est quoque: *unter dem Einfluss*, *Andrang*, ut ὑφ' ὁρμῆς.

2) cum *Dativo* est quoque: *unter*: Il. II, 307. 374 (cf. III, 352.; XII, 250.) 714. 866. (cf. XVIII, 11.); VI, 159. 171.; VIII, 402 (cl. XVIII, 244.); XVII, 404.; Od. VII. 68. ὑπ' ἀνδράσιν, viris subjectae. *Motum* indicat Il. II, 44.; V, 693.; Od. III, 478. (c. 476.). Deinde est, ut supra: *unter dem Einflusse*, Il. V, 699.; XXIII, 215.; Od. XIII, 82.; ideoque additur verbis neutris: Il. V, 93. 231.; VI, 453.; VII, 129.; XV, 513 (cl. Od. XII, 351.); XVII, 758. Perpaucis tamen locis et passivae verborum transitivorum formae additur, significans simpliciter ut videtur: *a*, *von*: Il. V, 555. 646.; XV, 637.

